

1.

THE

THE

THE

THE

THE

THE

THE

THE

Sub ——— 118

no ——— 117


R. 54  

---

2/2

Est - 118

N<sup>o</sup> 117








~~16~~

12

Un 1192626

1192636





16.230<sup>bis</sup>

VEGETII RENATI VIRI ILLUSTRIS

DE RE MILITARI

LIBRI QUATVOR;

SEXTI IULII FRONTINI viri consularis de Strategematis libri totidem.

AELIANI de instruendis Aciebus liber vnus.

MODESTI de vocabulis rei militaris liber vnus.

Item picturæ bellicæ cxx. passim VEGETIO adiectæ. Collata sunt omnia ad antiquos codices, maximè B V D A E I, quod testabitur Aelianus.



PARISIIS,

Apud Christianum wechelum, sub Pegaso,  
in vico Bellouacensi. Anno  
M. D. LIII.

16.230<sup>bis</sup>

# VEGETII RENATI VIRI ILLUSTRIS

DE RE MILITARI  
LIBRI QUATVOR;

SEXTI IULII FRONTINI viri consularis de  
Strategematis libri totidem.

AELIANI de instruendis Aciebus liber vnus.

MODESTI de vocabulis rei militaris liber vnus.


Item picturæ bellicæ cxx. passim VEGETIO  
adiectæ. Collata sunt omnia ad antiquos  
codices, maximè B V D A E I, quod  
testabitur Aelianus.



PARISIIS,

Apud Christianum wechelum, sub Pegaso,  
in vico Bellouacensi. Anno  
M. D. LIII.

U



R E R V M E T V E R B O R V M I N V E -

getio contentorum index, in quo prior numerus capita,  
alter libros supputat.

<b>A</b> Cies, capite xiiii, li- bro, iii.	Cohortes	xxiii, i.	Marii diligentia	v, i. &
Accensi xix, ii, & xiiii, iii.	Colligere campū	xxv, iii.	x, iii.	
Alæ equitum	Colores lunę	xli, iii.	Martiobarbuli	xvii, i.
Annibal rei militaris peri- tus in proœmio lib. iii.	Cornu	v, iii.	Mensores	vii, ii.
Anser	Cornicines	vii, ii.	Metatores	ibidem.
Aphricani iaculatores	Cuneus	xix, iii.	Metelli diligentia	x, iii.
xv, i.	Decumana porta		Militiæ sacramentum	v, ii.
Aquila	Decani	viii, ii. & xiii, ii.	Minotauri signum	vi, iii.
Aquiliferi	Decurio	xiiii, ii.	Mulierū Ro. crines	ix, iii.
Armaturæ	Digmata	xviii, ii.	Munifices	vii, ii. & xix, ii.
Affer	Dracones	xiii, ii. & xiii, i.	Murus pedestris exercitus	
Augustales	Drumi	xvi, iii.	Nauarchi	xxxii, iii.
Auxiliares	Ducenarius	viii, ii.	Ordinarii	vii, ii.
Balearibus fundæ pri- mo repertæ	Equites legionarii	i, ii.	Optiones	vii, ii.
Barrhitus	Exercitus	i, ii. & i, iii.	Pannonici	xx, iii.
Bebræ	Falarica	xviii, iii.	Papilones	xxiii, i.
Beneficarii	Falx	xlvi, iii.	Peditum duo genera	i, ii.
Bipennis	Ferentarii	xx, i. & xiiii, iii.	Persarū mos in fossis du- cendis	x, iii.
Buccina	Flauiales	vii, ii.	Phalanges	ii, ii.
Buccinatores	Forfex	xix, iii.	Phalarica	xviii, iii.
Burgus	Frons	xv, iii.	Pherentarii	xv, ii.
Calones	Fundibulatores	ibidem.	Pila	xx, i.
Campigeni	Fūditores	xv, ii. & xiiii, iii.	Pilum	xv, ii.
Campus martius	Fustibalus	xiiii, iii.	Pompeii exercitium	ix, i.
Candidati	Galearii	x, i.	Prætoria porta	xxiii, i.
Capaneus	Globus	xix, iii.	Principes	xxv, ii.
Caput contubernii	Harpagones	xxv, ii.	Principes primæ cohors tis	viii, ii.
Caput porcinum	Hastatus	xiiii, iii.	Principia	vii, ii.
Castella	Hastatus primus	viii, iii.	Primæ centuriæ	xxiii, i.
Cateruæ	Hastatus secundus	ibidem.	Primus hastatus	viii, ii.
Cato rei militaris scri- ptor	Imaginarii	vii, ii.	Promuscis	xxvi, iii.
Catonis sententia	Lacedæmoniorum cir- ca bellum cura in proœ- mio, iii.		Pyrrhus elephantos pri- mus in Italiā duxit	ibidē.
Centenarii	Legio	i, & ii, ii.	Quibus dux moueat exercitū ad pugná	xii, iii.
Centurio primipili	Leuis armatura	xiiii, iii.	Quintius Cincinnat <sup>9</sup>	iii, i.
Circitores	Liberarii	vii, ii.	Remedium in formidi- ne militum	xii, iii.
Clasium duo genera	Loricula	xviii, iii.		
Claudii iaculatores	Malleoli	xviii, iii.		
	Manipulus	xiii, ii.		



INDEX

Rhodiorū astutia	xx, iiii.	Signa muta	ibidem.	Tubicines	vii, ii.
Sarissæ	xxiiii, iii.	Signiferi	vii, ii.	Turma	xiiii, ii.
Scipionis Aphrica . in ex-		Spatha	xv, ii.	Turmales	ibidem.
ercendo milite cura	x, iii.	Spiculum	ibidem.	Tydeus	v, i.
Scipionis sentētia	xxi, iii.	Talææ	viii, iiii.	Valli quid	viii, iii.
Scriptores rei militaris		Tessera quid & tesserarii		Velites expediti	xvi, iii. &
viii, i.		Torquati ibid.	(vii, ii.	Verriculū	xv, ii. (xxvi, iii.
Scutati	xv, ii.	Tragularii	xv, ii.	Veterū consuetudo	xiii, i.
Serra	xix, iii.	Tribulus	xxiiii, iii.	Vexillationes	i, ii.
Semispathæ	xv, ii.	Tribunus	vii, ii.	Xantippus rei militaris	
Signa vocalia	v, iii.	Triarii	xx, i. & xiiii, iii.	peritus in procœmio	iii.
Signa semiuocalia	ibid.	Triarius Prior	viii, ii.	FINIS.	

INDEX IN SEXTVM IVLIVM FRON-  
tinum complectens illustrium virorum nomina cum exem-  
plis eorum à Frontino adductis.

	ccxiiii. ccxv. ccxx. ccxxii.	ccxl.		
<b>A</b> Bydeni	ccxv. ccxxvi. ccxxviii. ccxxix		Asculani	ccxxx.
Acilius Glabrio	ccxxxv. ccxxxix. ccxli.		Atheas rex Scyth.	ccvii.
Aathantes	ccxi. (ccvi. Anaxibius	ccxiii.	Athenienses	clxxxvii.
Aegyptii	ccviii. clxxxiiii. Antigonus	ccxiiii. ccxxxiii. ccxxxv. ccxxxix.		
Aemilius Paul.	clxxxvi. Antiochus	ccxxi. ccxxii.	Attalus	ccxix.
Aetoli	ccxvi. (clxxxvii. ccxxv. ccxxxii.		Attilius	ccxvi.
Afranius	ccxix. Antipater	ccxviii.	Attilius Regul.	ccxxxiii.
Afri	ccviii. Antonius	cxci. cciiii. ccxxxv.		
Agathocles	cxviii. ccxiii. ccxix. ccxxxiiii.		Augustus Germanicus	
Agrigētini	ccxxi. ccxxvi. Appius Claudius	ccviii.		
Agelilaus	clxxxvi. cxci. ccxxxii. ccxxxiiii.		Autofradates Perfes	
cxv. cxvi. cxvii.	Appollonides	ccxxii. clxxxix.		
ccxiiii. ccxxvii.	Aquirius	ccxxxiiii.	Aurelius Cotta	ccxxxiii.
Alexáder Mace.	clxxxvi. Arabes	ccix.	Barca	ccxxvi.
clxxxviii. cxci. cxvii.	Arcades	ccxx.	Bateus Nolanus	ccxxix.
ccv. ccviii. ccix. ccxviii	Archelaus	cciiii.	Boii	cxci.
ccxxii. ccxxxiii. ccxxxv.	Archidamus	cxvi.	Brasidas	cxci.
ccxxxvi. ccxxxviii.	Ategua	ccxxviii.	Brutus	ccxxxv.
Alcetas	ccxl. Ariouistus	ccxxxvii.	Byfantii	clxxxvii. ccxxvii.
Alcibiades	ccxiii. ccxv. Aristippus	ccxxi.	Caducei	ccxxxiiii.
ccxxi. ccxxxiii. ccxxv.	Aristides	ccxxxv.	Cæditius	cxv.
Alicius	ccxviii. (ccxxvii. Armenii	ccxvii.	Cæsar	clxxxiiii. clxxxvi.
Amilcar	clxxxiiii. ccxxix. Arpi	ccxxxiiii.	cxv. cxci. cxv. cxvi.	
Ambiorix	ccxxx. Aristomus	ccxxxviii.	cxvii. cc. cci. ccv. ccxii.	
Amphipolis	ccxxxix. Arminius dux German.	ccxiiii. ccxvi. ccxxiiii.		
Annibal	cxci. cxci. cci. Artaxerxes	cciii. (ccxvii. ccxxx. ccxxxvi. ccxxxvii.		
cciii. cciiii. ccix. ccx.	Asdrubal	clxxxvii. cxci.	ccxxxix. ccxli.	

I N F R O N T I N V M.

C. Calsius	ccxii.	P. Crassus	ccxxxviii.	Entidas	cxevi.
C. Lælius	clxxxiiii.	ccxliii.		Eufrates fluuius	ccxxxiiii.
Calphurnius	cxv.	Craterus	ccxxiii.	Fabius Max.	clxxxvi.
Camillus	ccvii. ccxxxvi.	Crispinus	ccxl. ccxlii. clxxxvii.	cxci. cxcvii. cc.	
Campani	ccxxii. ccxxvii.	Crisci	ccxxiiii. ccvii. ccxxii. ccxxiiii.		
Cato	ccxxvi. ccxli.	Cræsus	clxxxix. ccvii. ccxxxiiii.		
Cato Porcius	clxxxiiii.	Crotona oppid.	ccxxiii.	M. Fabius	cxv.
M. Cato	clxxxiiii. clxxxvi.	Curius	cxci. cci. ccxxxvi.	Fabius Cæso	clxxxvi.
	ccxvi. ccxx. ccxxxii.	Curio cof.	ccxxxiiii.	Q. Fab.	cxvi. ccxxxviii.
	ccxxxiiii. ccxxxv.	Q. Curtius	ccxxii.	Fabius Rutilius Maximus	
Carthaginenses	clxxxvi	Cyaneæ angustię	clxxxix.	ccvi	ccxxxiiii.
eorum duces	cxci.	Cyriestes	clxxxiiii.	Fabritius	ccxxxv. ccxxxvi.
Cælius primipi.	ccxxxix.	Cymbri	ccxv.	Fidenates	ccvii.
Catii	ccv.	Cyrus rex Persarū	cxvii.	Flaminius	ccx.
Catinenses	ccxviii.	ccxxi. ccxxiiii.	ccxxv.	Flamma	cxv.
Casilinum	ccxxviii.	Dareius	cxci.	Flavius Fimbria	ccxxx.
	ccxxxviii.	Daci	ccvi.	Fonteius	cxv. ccxxxvii.
Causenses	ccxviii.	Datames	ccxv.	Fulvius nobil.	cxci. cxv.
Calsius	ccxxxv. ccxl.	Delminū oppid.	ccxxiii.	Fulvius cof.	ccxxxiiii.
Castronius	cciii.	Decius	cxv. ccxxxvii.	Fulvius Imperator	ccviii.
Celtiberi	ccviii.	ccxxxviii.		Fulvius Flaccus	ccxxxiiii.
Cimon	ccxx.	Decimus Iunius	ccxxxiiii.	ccxli.	
Cizycū	ccxxv. cxxxviii.	Didius	cxci. ccxvii.	Furius Agrippa	ccxvi.
Chabrias	clxxxix. cxviii.	Dyonisius	cxci. ccxxii.	Furius Camillus	ccxvi.
Chares	ccxxvi.	Diodorus	ccxxix.	Q. Furius	ccxvi.
Chalcid.	ccxxvi. ccxxvii.	Domitius Corbulo	ccxvii.	L. Furius	clxxxv. cxv.
Ciminia sylua	clxxxvi. ccxxxiiii. ccxxxv. ccxxxix.	Gabii			ccxxi.
Claudius	clxxxviii. ccxix.	Domitius Caluinus	ccxx.	Galli	ccvi. ccxiiii. ccxix.
Clearchus	ccxxii. ccxxxii.	Domitianus Augustus		Gelo tyrannus	cxvii.
Cleandridas	cciii. clxxxv. clxxxvii.	ccxxx.	Germani	ccxxxvii.	
Cleomenes	cci.	Duillius	clxxxix. ccvi.	Græci	ccxxxv.
Cleonymus	ccxxiii.	Eginē.	ccxxxviii. (ccxx.	Halliatis	ccxxix.
Clisthenes Sycio.	ccxxiiii.	Eoneus Tarentin.	ccxxii.	Halys fluuius	clxxxix.
Cóminius Atrabas	ccxix.	Epaminundas Thebanus		Hamilcar	clxxxiiii.
Conon	ccxliii. cxvi. cxvii. cxviii. ccii.	Hanno Carthaginensis			
Corneli. Nasica	ccxxxiiii.	ccx. ccxxi. ccxxvii.	cxci. ccxxix.		
Cornelius Cossus	ccxvi.	Ephesi	cccxxii. (ccxxxv.	Harridas rex Molossorū	
Cornelius Ruffin.	ccxxiii.	Ephialtes Trachinius	ccii.	ccix.	
Coriolanus	cxci.	Epidaurii	ccxviii.	Hetrusci	ccvii.
L. Cornelius cof.	ccxxv.	Epirotæ	ccviii.	Hernici	ccxvi.
Corinthus	ccxxvii.	Equi populi	ccxvi.	Herculeius	cxv.
Cotta cof.	ccxxx. ccxxxiiii.	Erythrei	ccix.	Hermocrates Siracusan.	
Crassus	ccxii.	Ennienes	ccxli. ccxvii.		

I N D E X

Himeræi	ccxxii.	Lusitani	ccxxii.	Myronides Atheniensis	
Himera ciuit.	ccxxvi.	Lyfander	cxc.cci.	ccvii.ccxl.	
Himilco carthag.	ccxxvi.	ccxxxii.		Nafica	ccxxxii.
Hircius	ccxxviii.	Mago dux Carth.	ccx.	Necii	ccxxviii.
Hispani	ccvii. ccxxxviii.	ccxxiii.ccxli.		Nero	clxxx.
Hispaniæ ciuitates		Magnetes	ccxxiii.	Cl.Nero	ccxvii.
clxxxiiii.		Maharbal	ccviii.	Neuius Centurio	ccxli.
Horatius Cocles	ccxix.	Mandron	ccxxii.	Nicostratus	clxxxvii.
Iapiges	ccx.	Marcus Liuius	ccxl.	Nolani	ccxxix.
Iberi	ccii.	Marcus Porcius		Numantini	ccxxx.
Illyrii	ccviii. ccxxiii.	clxxxiiii. ccxxxix.		ccxxxviii.	
Indas vel inides aruspex		Marcellus	ccvii. ccxxi.	Numidæ	ccxxiii.
cxcvii.		ccxxix. ccxxxvii.		Octavius C.	ccxxxvii.
Iphicrates	clxxviii. cxcii. cxcix. cc. ccxiii. ccxix. ccxxxvii. ccxl.	Marius C.	clxxxvi. cxcvi. cci. ccvi. ccxv. ccxvi. ccxxxiii. ccxxiiii. ccxxxii. ccxxxv.	Otacilius	ccxxix.
Iuba rex	ccxiii. ccxxxix.			Pachorus rex	clxxxiiii.
Iugurtha	cc. ccvii.	L. Martius	ccxiiii.	Pansa Cos.	ccxiii.
Laberius	cxc.	Martius T. eques	ccxvii.	Papyrius Cursor	ccvi.
Labiens	ccxc. ccxii. ccxvi.	Mantinia	ccxxvii.	Parthi	ccxii.
Lacedæmonii	clxxxviii. cc. ccii. ccxxxvii.	Manlius A. Cos.	cxciiii.	Parmenes Thebi.	ccii.
Lacetani	ccxxvi.	Manlius Imperiosus	ccxxxvii. ccxxxix. ccxxxiiii.	Paulus	ccv.
Lælius	ccxi. ccxxxviii.	Cn. Manilius	cxcv. ccxiiii.	Peloponenses	ccxxv.
Lartha dux Pœn.	ccxxvi. ccxxxvi.	Mafiniffa	ccxxiii.	Pelopidas Theb.	clxxxix.
Leonidas	ccxxxvii.	Maurus interrex	ccxxviii.	ccxxiiii. ccxli.	
Leptenes Syracusa.	ccviii.	Megarenses	ccxliii. cxc. cxcvi. cxcviii.	Pericles Athen.	clxxxvii.
Leucadia	ccxxii.	Melanthus	ccxiii. ccxxxv. ccxl.		
Liburni	ccxiii.	Memnon Rhodius		Petilius	ccxxxiiii.
Licinius	clxxxv. ccvi.	ccix. ccxiii.		Petreius	cc.
Ligures	ccxxxiiii. ccxxx.	Messenii	ccxx.	Petilini	ccxxxviii.
Lilybæi	ccxxvi. (cxcii.	Metellus Pius	clxxxv.	Perfæ	ccxxxvii.
Lyfimachus	ccxxii.	cxcix. ccviii.		Phalisci	ccvii. ccxvi.
Litana fylua	cxcii.	Q. Metellus	cxciiii. ccxxxvi.		
Liuius dux	ccxxii. ccxxxii. ccxxxiii.	ccxxxii. ccxxxiii.		Phalaris	ccxxii.
Liuius Salinator	cciii.	Milites quando primo iu-		Phares dux Athen.	ccxix.
Locri	ccxli.	reiurando facti.	ccxxxii.	Prusias	ccxxxix.
Luca oppidum	ccxx.	Minutius Cos.	cxc.	Pharnaftanis parthi	ccxii.
Luceius	ccxviii.	Milciades	ccxlii.	Philippus	clxxxix. cc.
Lucretius Catul.	clxxxix.	Minutius Ruffus	ccvi. ccxvi. ccxix. ccxxii.		
Lucullus	cc. cci. ccxv. ccxxvii.	Mithridates	clxxxiiii. ccxxiiii. ccxxxv. ccxxxii.		
		Mummius	ccxxxvi. ccxlii.		



IN FRONTINVM.

Philippus Macedon. rex	ccxxxj. ccxxxix. ccxl.	Teutoni	ccxv.		
clxxxviiij. ccij.	P. Scipio	cxcix. ccij.	Thebani	ccxxi. ccxxxv.	
Pinarius	ccxl.	ccxxiiij. ccxlij. ccxxxj.	Thermopylae	ccvi. ccxl.	
L. Pifo	ccxxxiiij.	L. Scipio	ccxxvj.	Themistocles	clxxxv.
Pyrrhus	ccv. ccvij. ccxiiij.	C. Scip.	ccxxxv. ccxxxix.	clxxxvii. ccii. ccxiiii.	
ccxxiiij. ccxxxj. ccxxxij.	Scythae	ccxxvj.	Thracae	ccxviii. ccxix.	
Pythia	ccxlij.	Scorylo	cxcv.	ccxxii. ccxxxix.	
Pyfistratus	ccxlij.	Scordisci	ccvj. ccxxvj.	Tiberius Caesar	cc.
Phormio	ccxxvj.	Segobrienses	ccxxvii.	Tiberius Gracchus	ccix.
Poeni	ccvij. ccxix.	Sempronius	ccxli.	Tigracus	ccxl. (ccxxiii.
Pompeius	clxxxiiij.	Sempronius Tuditanus	ccxxxvii.	Timotheus Atheniensis	
clxxxviiij. clxxxix. cxciiij.	ccxxxvii.	Sempronius Gracchus	cxcviii. ccxiii.	Tisaphernes	cxciiii.
cc. ccj. cciiij. ccv. ccxij.	cxviiij. ccxxx. ccxxxvj.	Sempronius Longus	ccx.	Torquatus	ccxxiii.
Popilius Lenas	ccxxx.	Semyramis	ccxxiiii.	Trafybulus	ccxxv.
Porfenna	ccxix.	Sertorius	clxxxix. cxcv.	Triballi	ccvii. (ccxxix.
Posthumius	cxcvj. cxcix.	cxevi. cxcvii. cciii. ccxi.	Triphon	ccxix.	
ccxxxvj.	Pontius Comius	ccxxvij.	Trinasson castel.	ccxxiiii.	
Praeneste occisoru capita	ccxxxix.	Seruius Tullius	ccxvi.	Tullus Hostilius	ccxiiii.
Prolemæus	ccxl. (ccxvij.	P. Seruilius	ccxxiiii.	Tymarch. ætolus	ccxxi.
Quintinus Capitolinus	ccxv. ccxvj.	Sextus Tarquin.	ccxxi.	Tygranes	ccj.
Quinti <sup>o</sup> cos.	ccxviiij. ccxx.	Sicyonii	ccxxi. ccxxxv.	Tygranocerta	ccxvii.
Quintus Max.	ccxlij.	Sinilius Priscus	ccxvi.	Valerius Leuinus	
Rhegini	ccxxij.	Sofistratus	ccxxi.	ccvii. ccxxxix.	
Rhodij	ccxxv.	Sorobrigenses	ccxxvi.	P. Valer.	ccxviii. ccxxxiiii.
Romulus	ccvij.	Spartacus	cxcj.	Varro	ccxxxvii.
Romani	ccxxvij. ccxxviiij.	Statorius	clxxxiiii.	Veientes	ccvii.
ccxxx. ccxxxj. ccxxxij.	Statilius	ccxli.	Velius	ccxxx.	
ccxlj. eoru legati	cxciiij.	Sutrini	ccvii.	Ventidius	clxxxiiii. ccj.
Rutilius	ccxxxij.	Sulpitius Petreius	ccvi.	Verginius	cc. (ccxii.
Sabini	ccxvj.	Sylla	cxcj. cxciiii. cxcvi.	Vespasianus	ccj. ccxxxix.
Sabora	ccxiiij.	cxcvii. cciii. ccxiiii. ccxvi	Viriatus	ccxxvi. ccxxvii.	
Saguntini	ccxxvj.	ccxviii. ccxxxiiii. cclxi.	ccviii. ccxix.		
Salinator	ccxxxiiij.	Syphax	ccxi.	Vmbri	clxxxvi.
Saluius Pelignus	ccxvj.	Syphacis legati	ccxiiii.	Volsci	ccxvi. ccxviii.
Scaurus	ccxxxvj. ccxxxij.	Syracusani	ccxxi.	Volturnus flu.	ccj. (ccxlii.
Scipio	clxxxvij. cxcvij.	Tarentini	ccxxi.	Xenophon	cxviii.
ccij. cciiij. ccxv. ccxvj.	Tarquinius rex	ccxvi.	Xerx.	ccxxxvii. (ccxxxviii.	
ccxxiiij. ccxxv.	Tarquin. Super.	clxxxiiii.	Xanthippus	ccii. cciii.	
Scipio Aemilia	ccxxxvj.	Tarqnieses	ccvii. (ccxxi.	Zopyrus	ccxxi.
Scipio Africanus	clxxxv.	Tamiris aut Tomiris			
xciiij. ccxj. ccxviiij.	Tegea	ccxxi. (ccviii.			

FINIS.



VEGETIVS DE  
RE MILITARI.

# FLAVII VEGETII

VIRI ILLUSTRIS, AD VALENTINIA-

num Augustum Epitoma institutorum rei milita-

ris, ex Commentarijs Catonis, Celsi, Traia-

ni, Hadriani, & Frontini.

Libri primi

PROLOGVS.



Ntiquis temporibus mos fuit, bonarū artium studia māda-  
re literis, atq; in libros redacta offerre p̄cipibus. Quia neq;  
rectè aliquid inchoatur, nisi post deū fauerit Imperator: ne-  
q; quēquā magis † decet vel meliora scire, vel plura q̄ princi-  
pem, cuius doctrina omnibus potest p̄desse subiectis. Quod *oportet.*  
Octauium Augustum, ac bonos dehinc principes libenter  
habuisse, frequentibus declaratur exemplis. Sic regnantium testimonijs cre-  
uit eloquentia, dum non culpatur audacia. Hac ego imitatione compulsus,  
dum considero clementiā vestrā, ausibus literarum magis ignoscere posse q̄  
ceteros, tanto inferiorem me antiquis scriptoribus esse vix sensi, licet in hoc  
opusculo, nec verborum cōcinnitas sit necessaria, nec acumen ingenij, sed la-  
bor diligens ac fidelis: vt ea quæ ad diuersos historicos, vel armorum discipli-  
nā docentes, dispersa & inuoluta celantur, pro vtilitate Romana proferātur  
in medium. De delectu igitur atq; exercitatione tyronū, per quosdā gradus  
& titulos antiquā consuetudinem conamur ostendere. Non quò tibi, Impe-  
rator inuicte, ista videantur incognita, sed vt quę sp̄ote pro reip. salute dispo-  
nis, agnoscas olim custodisse Romani imperij conditores: & in hoc paruo li-  
bello, quicquid de maximis reb<sup>9</sup>, sempq; necessarijs requirēdū credis, inuenias.

ROMANOS, OMNES GENTES SOLA

Armorum exercitatione vicisse.

CAPVT PRIMVM.



Nomni autem p̄lio nō tā multitudo & virtus indocta, quā ars  
& exercitiū solent p̄stare victoriā. Nulla enim alia re videremus  
populum Romanū sibi orbem† subegisse terrarum, nisi armorum *subiecisse.*  
exercitio, disciplina castrorum, vsuq; militiæ. Quid enim aduersus  
Gallorum multitudinē paucitas Romana valuisset? Quid aduersus Germa-  
norum proceritatē, breuitas potuisset audere? Hispanos quidē non tātū nu-  
mero sed etiā viribus corporum nostris p̄stitisse, manifestū est. Aphrorum  
dolis atq; diuitijs semp impares fuimus. Græcorum artibus prudentiāq; nos  
vinci nemo vnquā dubitauit. Sed aduersus omnia profuit tyronem solertem  
eligere. ius (vt ita dixerim) armorum docere, disciplinam quotidiano exerci-  
tio roborare, quęcunque euenire in acie atq; in p̄lijs possent, omnia in cā-  
pestri meditatione p̄noscere, seuerè in desiderij vindicare. Sciētia enī rei bel- *vindicando.*

A licæ

licæ, dimicandi nutrit audaciam. Nemo facere metuit, quod se bene didicisse confidit. Etenim in certamine bellorum, exercitata paucitas ad victoriã præptior est: † rudis & indocta multitudo, exposita semper ad cædem.

quàm rudis.

Ex quibus regionibus tyro eligendus. Cap. ij.

eo minus habere.

quæ res.

**R**erum ordo deposcit, ut ex quibus provincijs vel regionibus tyrones legendi sint prima parte tractetur. Cõstat enim, in omnibus locis & ignavos & strenuos nasci. Sed tamen, quia gens gentem præcedit in bello, & plaga cœli non ad robur corporum tantum, sed etiam animorum plurimum valet, quo loco ea quæ à doctissimis hominibus comprobata sunt, nõ omittam. Omnes nationes, quæ vicinæ sunt soli, nimio calore siccatas, amplius quidẽ sapere, sed minus habere sanguinis dicunt: ac propterea constantiam ac fiduciam † cominus non habere pugnandi, quia metuunt vulnera, qui se exiguum sanguinem habere nouerint. Contrà, Septentrionales populi, remoti à solis ardoribus, inconsultiores quidem, sed tamen largo sanguine redundantes, sunt ad bella promptissimi. Tyrones igitur de temperatioribus legendi sunt plagis, quibus & copia sanguinis suppetat ad vulnerum mortisque contemptum, & non possit deesse prudentia † quæ ad modestiam seruat in castris, & non parum prodest in dimicatione, consilijs.

Vtrum ex agris an ex vrbibus vtiliores sint tyrones. Cap. iij.

**S**equitur, vtrum ex agris, an de vrbibus vtilior tyro sit, requiramus. De qua parte nõquam credo potuisse dubitari, aptiorem armis rusticam plebem, quæ sub diuo & in labore nutritur, solis patiens, vmbre negligens, balnearum nescia, deliciarum ignara, simplicis animi, paruo cõtenta, duratis ad omnem laborum tolerantiam membris: cui gestare ferrum, fossam ducere, onus ferre consuetudo de rure est. Interdum tamen necessitas exigit, etiã vrbanos ad arma compelli: qui vbi nomen dedere militiæ, primùm laborare, decurrere, portare pondus, & solem pulueremque ferre condiscant: parco victu vtantur & rustico, interdum sub diuo, interdum sub papilionibus, cõmorentur. Tunc demum ad vsum erudiantur armorum: & si longior expeditio emergit, in angarijs plurimùm detinendi sunt, proculque habendi à ciuitatis illecebris: vt eo modo, & corporibus eorum robur accedat, & animis. Nec inficiandum est, post vrbem conditam, Romanos ex ciuitate profectos ad bellum semper: sed tunc nullis voluptatibus, nullis delitijs frangebantur. Sudorem cursu & cãpestri exercitio collectum natans iuuentus abluebat in Tyberi. Idẽ bellator, idem agricola, genera tantum mutabat armorũ. Quod vsq; adeo verũ est, vt aranti Quintio Cincinnato viro optimo dictaturam constet oblatam. Ex agris ergo supplendum robur præcipuè videtur exercitus. Nescio enim quomodo minus timet mortem, qui minus deliciarum nouit in vita.

Quintius Cincinnatus dictator

Cuius ætatis tyrones probandi sint. Cap. iij.

imbuitur alacritas.

**N**unc, qua ætate milites legi conueniat, exploremus. Et quidẽ, si antiqua cõsuetudo seruãda est, incipientem pubertatem ad delectum cogendam nullus ignorat. Nõ enim tantum celerius, sed etiam perfectius † imbibuntur, quæ discuntur à pueris. Deinde militaris talacritatis saltus & cursus antè tẽtadº est, quàm

quàm corpus ætate pigrescat. Velocitas enim est, quæ percepto exercitio strenuum efficit bellatorem. Adolescentes legendi sunt, sicut ait Salustius. Nā primū iuuentus, simul ac belli patiens erat, in castris per laboris vsum militiam discēbat. Melius enim est vt exercitatus iuuenis causetur ætatem nondum aduenisse pugnandi, quàm doleat præteriisse. Habeat etiam spacium vniuersa discēdi. Neque enim parua aut leuis ars videtur armorum, siue equitem, siue peditem sagittarium velis imbuere, siue scutatam armaturę numeros omnesque gestus docere, ne locum deserat, ne ordines turbet, vt missile & destinato ictu & magnis viribus iaciat, vt fossam ducere, sudes scienter figere norit, tractare scutum & obliquis ictibus venientia tela deflectere, plagam prudenter vitare, audacter inferre. Huic taliter instituto tyroni, pugnare aduersum quoslibet hostes in acie formido non erit, sed voluptas.

Salustius  
Catilinar.

Qua statura tyrones sint probandi. Cap. V.

**P**roceritatem tyronum, à Mario consule ad victoriam scio semper exactā, ita vt senos pedes, vel certe, quinos & denas vncias habentes inter alares equites, vel in primis legionum cohortibus probarentur. Sed tunc erat amplior multitudo: & plures militiam sequebantur armatam. Necdum enim ciuilis pars florentiorem adduxerat iuuentutem. Si ergo necessitas exegerit, non tam staturæ rationem conuenit habere, quàm virium. Et ipso Homero teste non fallimur, qui Tydeum minorem quidem corpore, sed fortiorem animis fuisse significat.

Marii diligētia

Tydeus,  
armis.

Ex vultu & corporis positione agnosci in eligendo, qui meliores possint esse tyrones. Cap. VI.

**S**ed qui delectum acturus est, vehementer intendat, vt ex vultu, ex oculis, ex somni conformatione membrorum eos eligat, qui implere valeāt officium bellatoris. Namque non tantum in hominibus, sed etiam in equis & canibus virtus multis declaratur indiciis, sicut doctissimorum hominum disciplina comprehenditur: quod etiam in apibus Mantuanus autor dicit esse seruandum. Nam duo sunt genera: hic melior, insignis & ore  
Et rutulis clarus squamis: ille horridus, alter  
Desidia, latamque trahens inglorius aluum.

Ex Vergi-  
lii iiii. Ge-  
orgico.

Sit ergo adolescens Martio operi deputandus, vigilantibus oculis, erecta ceruice, lato pectore, humeris musculosis, valentibus digitis, longioribus brachiis, ventre modicus, exilior cruribus, suris & pedibus non superflua carne distentis, sed neruorum duritia collectis. Cū hæc signa in tyrone depræhenderis, proceritatem non magnopere desideres. Vtilius est enim fortes milites esse, quàm grandes.

Cuius artis tyrones vel elegendi sint vel respuendi. Cap. VII.

**S**equitur, vt cuius artis tyrones vel eligendi vel penitus respuendi sint, indagemus. Piscatores, aucupes, dulciarios, linteones, omnesque qui aliquid tractasse videntur ad genæcea pertinens, longè arbitror pellendos à ca-

A ij stris.

stris. Fabros ferrarios, carpentarios, macellarios, & ceruorum aprorumque venatores, conuenit societate militiæ. Et hoc est in quo totius reipublice salus vertitur, vt tyrones non tantum corporibus, sed etiam animis præstantissimi deligantur. Vires regni & Romani nominis fundamentum in prima † delectorum examinatione consistunt. Nec leue putetur hoc officium, aut passim quibuscunque mandandum, quod apud veteres inter tam varia genera virtutum, in Sertorio præcipuè constat esse laudatum. Iuuentus enim, cui defensio prouinciarum, cui committenda bellorum fortuna, & genere, si copia suppetat, & moribus debet excellere. Honestas enim idoneum militem reddit. Verecundia dum prohibet fugere, facit esse victorem. Quid enim prodest si exerceatur ignauus? si pluribus stipendiis moretur in castris? Nunquam exercitus profecit tempore belli, cuius in probandis tyronibus claudicavit † elector. Et quantum vsu experimentisque cognouimus, hinc tot vbique ab hostibus illatæ sunt clades, dum longa pax militem negligentius incuriosiusque legit, dum honestiores quique ciuilia sectantur officia, dum possessoribus † addicti tyrones, per gratiam aut dissimulationem probantur, talesque sociantur armis, quales domini habere fastidiunt. A magnis ergo viris magna diligentia idoneos eligi conuenit iuniores.

## Quando tyrones signandi sint.

## Cap. VIII.

**S**ed non statim punctis signorum inscribendus est tyro delectus: verum antè exercitio prætentandus, vt vtrum verè tanto operi aptus sit, possit cognosci. Et velocitas in illo requirenda videtur & robur, & vtrum armorum disciplinam ediscere valeat, vtrum habeat confidentiam militarem. Plerique enim quàmuis in specie non improbables videantur, tamen experimentis comprobantur indigni. Repudiandi ergo minus vtilis, & in locum eorum strenuissimi subrogandi sunt. In omni enim conflictu non tam prodest multitudo, quàm virtus. Signatis itaque tyronibus per quotidiana exercitia, armorum est demonstranda doctrina. Sed huius rei vsu dissimulatio longæ securitatis aboleuit. Quem inuenias qui docere possit quod ipse non didicit? De historiis ergo vel libris nobis antiqua consuetudo repetenda est. Sed illi res gestas & euentus tantum scripsere bellorum, ista, quæ nunc quærimus, tanquàm nota linquentes. Lacedæmonij quietem, & Athenienses, aliique Græcorum in libros retulere complura, quæ τακτικά vocantur. Sed nos disciplinam militarem populi Romani debemus inquirere, qui ex paruis finibus imperium suum penè solis regionibus, & mundi ipsius fine distendit. Hæc necessitas compulit euolutis autoribus, ea me in hoc opusculo fidelissimè dicere, quæ Cato ille Censorius de disciplina militari scripsit, quæ Cornelius Celsus, quæ Frontinus perstringenda duxerunt, quæ Paternus diligentissimus iuris militaris in libros redegit, quæ Augusti & Traiani Adrianique constitutionibus cauta sunt. Nihil enim mihi autoritatis assumo, sed horum, quos supra retuli, ea quæ dispersa sunt, velut in ordinem & abbreviationes, quæ epitomata dicuntur, conscribo.

Ad gradum

electus

electio

indicti

Scriptores  
rei militaris.

Ad gradum militarem & cursum & saltum exercen-  
dos tyrones. Cap. IX.

**P**Rimis ergo meditationum auspiciis, tyrones militarem edocendi sunt gradum. Nihil enim magis in itinere vel in acie custodiendum est, quàm vt omnes milites incedendi ordinem feruent. Quod aliter fieri non potest, nisi vt assiduo exercitio ambulare celeriter & equaliter discant. Periculum enim sepe ab hostibus grauissimum sustinet diuisus & inordinatus exercitus. Militari ergo gradu, viginti millia passuum, horis quinque duntaxat æstiuis conficienda sunt. Pleno autem gradu, qui citatior est, totidem horis viginti quatuor millia peragenda sunt. Quicquid addideris, iam cursus est, cuius spacium non potest diffiniri. Sed ad cursum præcipuè assuefaciendi sunt iuniores, vt maiore impetu in hostes procurrant, vt loca opportuna celeriter, cum vsus aduenerit, occupent: vel aduersariis idem facere volentibus, præoccupent: vt ad explorandum alacriter pergant, alacrius redeant, vt fugientium terga facilius comprehendant. Ad saltum etiam quo vel fossæ transiliuntur, vel impediens aliqua altitudo superatur, exercendus est miles: vt cum eiusmodi difficultates euenerint, possint sine labore transire. Præterea in ipso conflictu ac dimicatione telorum bellator cum cursu saltuque veniens, aduersarij perstringit oculos, mentemque deterret, priusque plagam infligit, quàm ille ad cauendum vel ad resistendum se præparet. De exercitio Pompei magni Salustius hoc memorat: Cum alacribus saltu, cum velocibus cursu, cum validis vecte certabat. Neque enim ille aliter potuisset par esse Sertorio, nisi se & milites frequentibus exercitiis præparasset ad prælia.

*Pompeij  
exercitiu.*

Ad vsum natandi exercendos tyrones. Cap. X.

**N**atandi vsum æstiuis mensibus omnis æqualiter debet tyro condiscere, non enim semper flumina pontibus transeuntur, sed & cedés & inseques natate cogitur frequenter exercitus. Sæpe repentinis imbribus vel niuibus solent exundare torrentes. Et ignorantia non solum ab hoste, sed etiam ab ipsis aquis discrimen incurrit: ideoque Romani veteres, quos tot bella & continua pericula, ad omnem rei militaris erudierant artem, campum Martium vicinum Tyberi delegerunt: in quo iuuentus post exercitium armorum, sudorem pulueremque dilueret, ac lassitudinem cursusque laborem natando deponeret. Non solum autem pedites, sed & equites ipsosque equos vel lixas (quos galearios vocat) ad natandum exercere percommodum est, ne quid imperitis, cum necessitas imminebit, eueniat.

*Campus  
Martius.*

*Galearij.*

Quemadmodum ad scuta viminea vel ad palos antiqui  
exercebant tyrones. Cap. XI.

**A**ntiqui (sicut inuenitur in libris) hoc genere exercere tyrones. Scuta de vimine in modum cratium corrotundata texebant: ita vt duplum pòdus cratis haberet, quàm scutum publicum habere consuevit.

A iij Idemque

*Palorum  
vſus.*

Iidémque clauas ligneas, duplicis æque pōderis, pro gladiis tyronibus dabant. Eóque modo non tantum mane, sed etiam post meridiem exercebantur ad palos. Palorum enim vsus non solum militibus, sed etiã gladiatoribus plurimum prodest. Nec vnquã aut arena, aut campus inuictum armis virum probauit, nisi qui diligēter exercitatus docebatur ad palum. A singulis autem tyronibus singuli pali defigebantur in terram, ita vt nutare non possent, & sex pedibus eminent. Contra illum palum, tanquã contra aduersarium, tyro cum crate illa & claua, velut cum gladio se exercebat & scuto: vt nũc quasi caput aut faciem peteret, nunc à lateribus minaretur, interdum contenderet poplites & crura succidere, recederet, assultaret, infiliret, & quasi præsentem aduersarium, sic palum omni impetu, omni bellandi arte tentaret. In qua meditatione seruabatur illa cautela, vt ita tyro ad inferendum vulnus insurgeret, ne qua ex parte pateret ipse ad plagam.

Non cæsim sed punctim ferire docendos tyrones. Cap. XII.

**P**Ræterea non cæsim, sed punctim ferire discebant. Nam cæsim pugnantes non solum facile vicere, sed etiam derisere Romani. Cæsa enim quouis impetu veniat, non frequenter interficit: cum & armis vitalia defendãtur, & ossibus. At contrã puncta, duas vncias adacta, mortalis est. Necessè est enim vt vitalia penetret, quicquid immergitur. Deinde dum cæsa infertur, brachium dextrum latúsque nudatur. Puncta autem tecto corpore infertur, & aduersarium fauciat antè quã videatur. Ideóque ad dimicandum hoc præcipuè genere vsos esse cõstat Romanos: duplicis autè ponderis illa cratis & claua ideo dabantur, vt cum vera & leuiora arma tyro sumpsisset, velut grauiore pondere liberatus, securior alacriórque pugnaret.

Armaturam docendos tyrones. Cap. XIII.

**P**Ræterea illo exercitij genere, quod armaturam vocant, & à campi doctõribus traditur, imbuendus est tyro. Qui vsus vel ex parte seruatur. Constat enim & nunc in omnibus præliis armaturam melius pugnare, quã cæteros. Ex quo intelligi debet, quantum exercitatus miles in exercitato sit melior: cũ armatura vtcunque eruditi, reliquos contubernales suos bellandi arte præcedant. Ita autem seuerè apud maiores exercitij disciplina seruata est, vt & doctores armorum duplicibus remunerentur annonis: & milites, qui parũ in illa prælusionè profecerant, pro frumento hordeum cogerẽtur accipere: nec antè eis in tritico redderetur annona, quã sub præsentia præfecti, tribunorum vel principum experimentis datis, ostendissent se omnia, quæ erant in militari arte, compleſse. Nihil enim neque firmitus, neque felicitus, neque laudabilius est repub. in qua abundant milites eruditi. Non enim vestium nitor, vel auri vel argenti gemmarũque copiẽ, hostes aut ad reuerentiam nostram, aut ad gratiam inclinant, sed solo terrorè subiguntur armorum. Deinde in aliis rebus (sicut ait Cato) si quid erratum est, potest postmodum corrigi: Præliorum delicta emendationem non recipiunt, cùm statim pœna sequatur errorem. Aut enim confestim pereunt, qui ignauè imperitèque pugnauerunt: aut in fugam versi, victoribus vltra pares esse non audent.

*Veterum  
consuetudo*

*Catonis  
sententia.*

Ad missi



Ad missilia iacienda tyro exercendus. Cap. XIII.

**S**ed ad inceptum reuertor. Tyro, qui cum claua exercetur ad palum, hastilia quoque ponderis grauioris, quam vera futura sunt iacula, aduersus illum palum, tanquam aduersus hominem iactare compellitur. In qua re armorum doctor attendit, ut magnis viribus hastile contorqueat, ut destinato ictu vel in palum vel iuxta dirigat missile. Eo enim exercitio & lacertis robur accrescit, & iaculandi usus atque peritia acquiritur.

Sagittis tyronem imbuendum diligenter. Cap. XV.

**S**ed propè tertia, vel quarta pars iuniorum, quæ aptior potuerit reperiri, arcus ligneis, sagittisque lusoriis, ad illos ipsos semper exercenda palos. At doctores ad hanc rem & artifices eligendi: & maior adhibenda solertia, ut arcum diligenter ac scienter teneant, ut fortiter impleant, ut sinistra fixa sit, ut dextera cum ratione ducatur, ut ad illud quod feriendum est, oculus pariter ac animus consentiant, ut siue in equo siue in terra, rectè sagittare doceant. Quam artem & disci opus est diligenter, & quotidiano usu exercitioque seruari. Quantum autem utilitatis boni sagittarij in præliis habeant, & Cato in libris de disciplina militari euidenter ostendit, & Claudius pluribus iaculatoribus antè institutis atque perdoctis, hostem, cui prius impar fuerat, superauit. *Claudij iaculatores. Africani iaculatores* Africanus quidem Scipio, cum aduersus Numantinos, qui exercitum populi Romani subiugum miserant, esset acie certaturus, aliter superiorem futurum esse non credidit, nisi in omnibus centuriis lectos sagittarios miscuisset.

Ad iactandos lapides fundis vel manu exercendos tyrones. Cap. XVI.

**A**d lapides verò, vel manibus vel fundis iaciendos, exerceri diligenter conuenit iuniores. Fundarum autem usum primi Balearium insularum habitatores & inuenisse, & ita peritè exercuisse dicuntur, ut matres paruos filios nullum cibum contingere sinerent, nisi quem ex funda destinato lapide percussissent. Sæpe enim aduersus bellatores cassidibus, cataphractis, loricisque munitos, teretes lapides de funda vel fustibalo destinati, sagittis sunt omnibus grauiores: cum membris integris, letale tamen vulnus importent: & sine inuidia sanguinis, hostis lapidis ictu intereat. In omnibus autem veterum præliis funditores militasse nullus ignorat. Quæ res ideo ab vniuersis tyronibus frequenti exercitio discenda est, quia fundam portare nullus est labor. Et interdum euenit, ut in lapidosis locis conflictus habeatur, ut aut mons sit aliquis defendendus aut collis, & ab oppugnatione castellorum siue ciuitatum, lapidibus barbari fundisque sint pellendi.

De exercitio plumbatarum. Cap. XVII.

**P**lumbatarum quoque exercitatio (quas Martiobarbulos vocant) est tradenda iunioribus. Nam in Illyrico dudum duæ legiones fuerunt, quæ sena milia militum habuerunt: quæ, quòd his telis scienter utebantur & fortiter, Martiobarbuli vocabantur. Per hos longo tempore strenuissimè constat omnia bella confecta: usque eo, ut dum Diocletianus & Maximianus ad imperium venissent, pro merito virtutis hos Martiobarbulos, Iouianos, atque Herculia-

nos censuerint appellandos, eosque cunctis legionibus prætulisse doceantur. Quinos autem Martiobarbulos insertos scutis portare consueverunt: quos si opportunè milites iacerent, propè sagittariorum scutati imitari videntur officium. Nam hostes equosque confauciant, priusquam non modò manu ad manum, sed ad ictum missilium potuerit perueniri.

Quemadmodum ad ascendendos equos tyrones exercendi sint. Cap. XVIII.

**N**on tantùm autem à tyronibus, sed etiam à stipendiariis militibus salitio equorum districtè est sempe exacta. Quem usum usque ad hanc ætatem, licet iam cum dissimulatione, peruenisse manifestum est. Equi lignei hyeme sub tecto, æstate ponebantur in campo: super hos iuniores primò inermes, dum consuetudine proficerent, deinde armati cogebantur ascendere. Tantaque cura erat, ut non solum à dextris, sed etiam à sinistris partibus & infilire & defilire condiscerent, euaginos etiam gladios vel contos tenentes. Hoc enim continua meditatione faciebant, scilicet ut in tumultu prælij sine mora ascenderent, qui tam studiose exercebantur in pace.

Ad portandum pondus exercendos tyrones. Cap. XIX.

**P**ondus quoque baiulare usque ad LX. libras, & iter facere gradu militari, frequentissimè cogendi sunt iuniores, quibus in arduis expeditionibus necessitas imminet annonam pariter ac arma portandi. Nec hoc credatur esse difficile, si usus accesserit: nihil enim est quod non assidua meditatio facillimum reddat. Quam rem antiquos milites factitauisse, Vergil. ipso teste potest cognosci, qui ait,

Non secus ac patriis acer Romanis in armis  
Iniusto sub fasce viam cum carpit, & hosti  
Ante expectatum positus stat in agmine castris.

Quo armorum genere usi sint antiqui. Cap. XX.

**L**ocus exigit, ut quo armorum genere, vel instruendi, vel muniendi sint tyrones, referre tentemus. Sed in hac parte antiqua penitus consuetudo deleta est: nam licet exëplo Gotthorum & Alanorum Hunnorumque equitum arma profecerint, pedites tamè constat esse nudatos. Ab vrbe enim condita usque ad tempus diui Gratiani, & cataphractis & galeis muniabatur pedestris exercitus. Sed cum cæpestris exercitatio, interueniente negligètia defidiæque cessaret, graua videri arma coeperunt, quæ rarò milites induebant. Itaque ab Imperatore postulabant primò cataphractas, deinde cassides deponere: sic detectis pectoribus & capitibus, congressi contra Gotthos milites nostri, multitudine sagittariorum sæpe deleti sunt: nec post tot clades, quæ usque ad tantarum urbium excidia peruenerunt, cuiquam curæ fuit, vel cataphractas vel galeas pedestribus reddere. Ita fit ut non de pugna, sed de fuga cogitent qui nudi in acie exponuntur ad vulnera. Quid enim pedes sagittarius sine cataphracta, sine galea, qui cum arcu scutum tenere non potest faciet? Quid ipsi draconarij atque signiferi, qui sinistra manu hastas gubernant, in prælio facient, quorum & capita nuda esse constat & pectora? Sed grauis pediti lorica videtur, & galea fortasse rarò meditati, & ar-

ma tractanti. Cæterum quotidianus vsus non laborat, etiamsi onerosa gesta-  
uerit. Sed illi qui laborem in portandis veteribus munimentis armorum ferre  
non possunt, detectis † corporibus & vulnera sustinere coguntur & mortes: &  
(quod est grauius & turpius) aut capi, aut certè fuga rempublicam perdere.  
Sic dum exercitium laborémque declinant, cum maximo dedecore trucidan-  
tur, vt pecudes. Vnde apud antiquos † Murus non dicebatur pedestris exerci-  
tus: nisi quòd pilatæ legiones præter scuta etiam cataphractis galeis que fulge-  
bant: vsque eo, vt sagittarij sinistra brachia manicis munirentur. Pedites au-  
tem scutati, præter cataphractas & galeas, etiam ferreas ocreas in dextris cru-  
ribus cogentur accipere. Sic erant armati illi qui in prima acie pugnantes  
principes, in secunda hastati, in tertia Triarij vocabantur. Sed Triarij genibus  
flexis solebant intra scuta subsidere, ne stantes vulnerarentur, venientibus te-  
lis: & cum necessitas postulasset, tanquam requieti vehementius inuaderent  
hostes, à quibus constat sæpe factam esse victoriam, cum hastati illi & qui pri-  
ores steterant, interiissent. Erant autem apud veteres inter pedites, qui diceban-  
tur leuis armaturæ funditores, & ferentarij: qui præcipue in cornibus loca-  
bantur, & à quibus pugnandi sumebatur exordium: sed hi & velocissimi &  
exercitatissimi legebantur. Nec erant admodum multi, quia cedentes (si præ-  
lij necessitas compulisset) inter principia legionum recipi solebant, ita vt acies  
immota consisteret. Vsque ad præsentem propè ætatem consuetudo perman-  
sit, vt omnes milites pileis, quos pannonicos vocabant, ex pellibus vterentur,  
quod propterea seruabatur, ne grauis galea videretur homini in prælio, qui ge-  
stabat aliquid semper in capite. Missilia autem quibus vtebatur pedestris ex-  
ercitus, pila vocabantur, ferro subtili trigono præfixa, vnciarum nouem siue  
pedali, quæ in scuto fixa non possent abscindi: & loricam scienter ac fortiter  
directa, facile perrumpunt, cuius generis apud nos iam rara sunt tela. Barbari  
autem scutati pedites, his præcipue vtuntur, quas bebras vocant, & binas etiam  
ac ternas in præliis portant. Sciendum præterea quòd cum missilibus agitur,  
sinistros pedes in antè milites habere debere: ita enim vibrandis spiculis vehe-  
mentior ictus est. Sed cum ad pilam (vt appellat) venit & manu ad manum  
gladiis pugnatur, tunc dextros pedes in antè milites habere debent: vt & late-  
ra eorū subducantur ab hostibus, ne possit vulnus accipere, & proximior dex-  
tra sit, quæ plagam possit inferre. Instruendos igitur ac protegendos omni ar-  
te pugnandi, & quocunque genere armorum constat esse tyrones. Necessè est  
enim, vt dimicandi acriorem sumat audaciam, qui munito capite vel pectore  
non timet vulnus.

De munitione castrorum.

Cap. XXI.

**C**Astrorum quoque munitionem debet tyro condiscere: nihil enim tam  
salutare, neque tam necessarium inuenitur in bello: quippe si rectè consti-  
tuta sunt castra, ita intra vallum securi milites dies noctesque peragunt, etiam  
si hostis obsideat, quasi muratam ciuitatem videantur secum vbi que portare.  
Sed huius rei scientia prorsus intercidit: nemo enim iam diu deductis fossis,  
præfixisque sudibus castra constituit. Sic diurno vel nocturno superuentu  
equitum

capitibus

mirus  
Murus pe-  
destris ex-  
ercitus.

Triarij.

Pila.

Bebra.

equitum barbarorum, multos exercitus scimus frequenter afflictos. Non solum autem confidentes sine castris ista patiuntur, sed cum in acie casu aliquo coeperint cedere, munimenta castrorum, quò se recipiant, non habent, & more animalium multi cadunt. Nec prius moriendi finis fit, quàm hostibus defuerit voluntas persequendi.

In quibus locis constituenda sint castra. Cap. XXII.

**C**Astra autem praesertim hoste vicino, tuto semper faciendà sunt loco: ubi & lignorum & pabuli & aquae suppetat copia. Et si diutius commorandum sit, loci salubritas eligetur. Cauendum etiam ne mons sit vicinus altior, qui ab aduersariis captus, possit officere. Considerandum etiam ne torrentibus inundari consueuerit campus, & hoc casu vim patiatur exercitus. Pro numero autem militum vel impedimentorum munienda sunt castra, ne maior multitudo constipetur in paruis, neue paucitas in latioribus ultra quàm oportet cogatur extendi.

Quali specie delinianda sint castra. Cap. XXIII.

**I**nterdum autem quadrata, interdum trigona, interdum semirotunda, prout loci qualitas aut necessitas postulauerit, castra faciendà sunt. Porta autem quae appellatur praetoria, aut orientem spectare debet, aut illum locum qui ad hostem respicit: aut si iter agitur, illam partem debet attendere, ad quam est profecturus exercitus, intra quam primae centuriae, hoc est, cohortes, papiliones tendunt, & dracones & signa constituunt. Decumana autem porta, quae appellatur, post praetoriam est, per quam delinquentes milites educuntur ad poenam.

Quo genere munienda sint castra. Cap. XXIII.

**C**astrorum autem diuersa triplexque munitio est. Nam si nimia necessitas non premit, cespites circūciduntur è terra, & ex illis velut murus instruitur, altus tribus pedibus super terram, ita ut antè sit fossa, de qua leuati sint cespites: deinde tumultuaria fossa sit lata pedes nouem, & alta pedes septem. Sed ubi vis acrior imminet hostium, tunc latissima fossa ambitum conuenit munire castrorum, ita ut xij. pedes lata sit, & alta sub linea (sicut appellant) pedes nouem. Suprà autem sepibus hinc inde factis, quae de fossa leuata fuerit terra congeritur, & crescit in altum quatuor pedes. Sic fit ut sit alta tredecim pedes, duodecim lata: supra quàm sudes de lignis fortissimis, quas milites portare consueuerant, praefiguntur. Ad quod opus ligones, rastra, qualos, aliaque utensilium genera habere conuenit semper in promptu.

Quemadmodum munienda sint castra cum hostis immineat. Cap. XXV.

**S**ed facile est absentibus hostibus castra munire, verum si aduersarius incubat, tunc omnes equites, & media pars peditum, ad propulsandum hostium impetum ordinatur in acie, reliqui post ipsos ductis fossis muniunt castra: & per praecone indicatur, quae centuria prima, quae secunda, quae tertia, quae quarta donec opus omne compleuerit. Post haec à centurionibus fossa inspicitur, ac mensuratur, & vindicatur in eos, qui negligentius fuerint operati. Ad hunc ergo usum instituentus

Prætoriam  
portam.

Decumana  
porta.

egesta.

† instituendus est tyro, ut cum necessitas postulauerit, sine perturbatione ce- *constituendus*  
leriter possit castra munire.

Quemadmodum exercentur tyrones, ut in acie ordinem  
& interualla custodiant. Cap. xxvj.

**N**ihil magis prodesse constat in pugna, quã ut assiduo exercitio milites in  
acie dispositos ordines indefinenter obseruent, nec ultra magis quã expe-  
dit, aut conglobent agmen, aut laxent. Nam etiã constipati perdunt spacia pu-  
gnandi, & sibi inuicem impedimento sunt: & rariores atque interlucentes, ad-  
itus perripendi hostibus præstant. Necessè est autem statim metu vniuersa con-  
fundi, si intercisa acie ad † dimicantium terga hostis accesserit. Producendi er- *dimicandum*  
go tyrones sunt semper ad capum, & secundum matriculæ ordinem in aciem di- *in terra ho-*  
rigendi, ita ut primò simplex extensa sit acies, ne quos sinus, ne quas habeat *stis.*  
curuaturas: ut æquali legitimoque spacio miles distet à milite. Tunc præcipiendum,  
ut subito duplicent aciem, ita ut in ipso impetu, ad quem ipsi respondere so-  
lent, ordo seruetur. Tertio præcipiendum est, ut quadratam aciem repente con-  
stituunt: quo facto in trigonum (quem cuneum vocant) acies ipsa mutanda est.  
Quæ ordinatio plurimum prodesse consuevit in bello. Iubetur etiam ut instru-  
ant orbem, quo genere cum vis hostium interrupt aciem, resisti ab exercitatis  
militibus consuevit, ne omnis multitudo fundatur in fugam, & graue discrimen  
immineat. Hæc si iuniores assidua meditatione perceperint, facilius in  
ipsa dimicatione seruabunt.

Quantum spacium ire vel redire debeant, vel quoties in mense  
exerceri, cum educuntur milites ambulatum. Cap. xxvij.


**P**reterea & vetus consuetudo permansit, & diui Augusti atque Hadriani con-  
stitutionibus præcauetur, ut ter in mense, tam equites quam pedites edu- *exercitij*  
cantur ambulatum: hoc enim verbo, hoc † exercendi genus nominant. Decem  
millia passuum armati instructique omnibus telis pedites, militari gradu ire  
ac redire iuebantur in castra, ita ut aliquam itineris partem cursu alacriore con-  
ficerent. Equites quoque diuisi per turmas armatique, similiter tantum itine-  
ris peragebant, ita ut ad equestrem meditationem interdum sequeretur, interdum  
cederent, & recursu quodam impetus repararent. Non solum autem in campis, sed  
etiam in cliuosis & arduis locis & ascendere & descendere vtraque acies co-  
gebatur, ut nulla res vel casus prorsus pugnantibus posset accidere, quam non  
ante boni milites assidua exercitatione didicissent.


De adhortatione rei militaris Romanæque virtutis. Cap. xxviii.

**H**æc fidei ac deuotionis intuitu, Imperator inuicte, de vniuersis autoribus  
qui rei militaris disciplinam literis mandauerunt, in hunc libellum enuclea-  
ta congesti, ut in delectu atque exercitatione tyronum, si quis diligens velit  
existere, ad antiquæ virtutis imitationem facile corroborare possit exercitum.  
Neque enim degenerauit in hominibus Martius calor, nec effœtæ sunt terræ quæ  
Lacedæmonios, quæ Athenienses, quæ Marfos, quæ Santes, quæ Pelignos, quæ  
iplos


iplos progenuere Romanos. Nōne Epirotæ armis plurimū aliquādo valuerunt? Nonne Macedones ac Theſſali, ſuperatis Perſis uſque ad Indiā bellando penetrarūt? Dacos autē & Mœdos ac Thraces, in tātūm bellicosos ſemp fuiſſe manifeſtum eſt, vt ipſum Martē fabulę apud eos natum eſſe cōfirment. Longum eſt, ſi vniuerſarum puinciarum vires enumerare contendā, cū omnes in Romani Imperij ditione conſiſtant. Sed lōgæ ſecuritas pacis, homines partim ad delectationē ocij, partim ad ciuilia traduxit officia. Ita cura exercitij militaris primò negligentius agi, poſtea diſſimulari, ad poſtremum olim in obliuionē perducta cognoscitur: nec aliquis hoc ſuperiore ętate accidiffe miretur, cū poſt primū Punicū bellum vigintiquatuor circulis excuſis annorū, pax ita Romanos illos vbique victores ocio & armorum deſuetudine eneruauerit, vt ſecundo bello Punico Hānibali pares eſſe nō poſſent. Tot itaque Cōſulibus, tot Ducibus, tot exercitiſus amiſſis, tūc demum ad victoriā peruenerunt, cū uſu n exercitiūque militare condiſcere potuerunt. Semper ergo legendi & exercendi ſunt iuniores. Vilius enim conſtat erudire armis ſuos, quā alienos mercede conducere.

xx. excuſi  
annorū.








B

























































































# FLAVII VEGETII

RENATI DE RE MILITARI

Libri secundi prologus.



Instituta maiorum artis armaturæ, præcipuè clementiam vestram peritissimèque retinere, continuis declaratur victorii ac triumphis. Siquidem indubitata approbatio artis † est, rerū semper effectus. Verùm tranquillitas tua, Imperator inuicte, altiori cōsilio, quàm mens poterat terrena cōcipere, ex libris antiqua desiderat, cū ipsam antiquitatem factis recentibus antecedit. Cū igitur hæc literis breuiter cōprehēdere, maiestati vestræ non tam discenda quàm recognoscenda præciperer, certauit sapius deuotio cū pudore. Quid enim audacius, quàm domino ac principi generis humani, domitori omnium gentiū barbararum, de vsu ac disciplina insinuare bellorum? nisi fortè iussisses fieri quod ipse gessisses. Et rursus tanti Imperatoris non obedire mādatis, plenū sacrilegii videbatur atque periculi. Miro itaq; † modo in parēdo audax factus sum, dum metuo videri audacior, si negassem. Ad quā temeritatem, præcedens me indulgētia vestræ perennitas animauit. Nam libellum de delectu atq; exercitatione tyronum, dudum tanquā famulus obtuli: nec tamen culpatus abscessi. Nec formido † iussus aggredi opus, quod spontaneum † cessit impunè.

fit

timore.

iussus  
gessi.

## IN QVOT GENERA DIVIDATUR

res militaris.

Cap. I.



Res igitur militaris (sicut Latinorū egregius autor, carminis sui testatur exordio) armis constat & viris. Hæc in tres diuiditur partes, Equites, Pedites, Classes. Equitum talæ dicuntur, ab eo q̄ ad similitudinē alarum ab vtraq; parte protegāt acies: quæ nunc vexillationes vocātur à velo, quia velis, hoc est, flāmulis vtuntur. Est aliud genus equitū, qui legionarij vocātur, propterea quòd cōnexi sunt legioni: ad quorū exemplū ocreati equites sunt instituti. Classium item duo genera sunt. Vnū liburnarum, aliud lusoriarū. Equitibus cāpi, classibus maria & flumina, peditibus colles, vrbes, plana & abrupta, seruātur. Ex quo intelligitur magis reip. necessarios pedites: qui possunt vbiq; prodesse. Et maior numerus peditū, sumptu & expēsa minore nutritur. Exercit⁹ ex re ipsa atq; opere exercitij, nomē accepit, vt ei nūq̄ liceret obliuisci, quod vocabatur. Verū ipsi pedites, in duas diuisi sunt partes, hoc est, in auxilia & legiones. Auxilia à sociis, vel fœderatis gentibus mittebantur. Romana autem virtus, præcipuè in legionū ordinatione præpollet. Legio autē ab eligendo appellata est: quod vocabulū eorum

alij alares.

Vexillationes.

Equites legionarij.

Classium duo genera

Exercitus.

Peditū duo genera.

Legio-

rum

rum desiderat fidem atque diligentiam, quibus milites probantur. In auxilijs minor, in legionibus longe amplior consuevit numerus militū ascribi.

Quid inter legiones & auxilia intersit. Cap. I I.

*Phalanges  
Carrue.*

*Legio.*

*Auxiliares.*

*Legio.*

*Le. is arma  
tura.*

Denique Macedones, Græci, Dardani, phalāges habuerūt, ut in vna Phalāge armatorū octo milia cēserentur. Galli atque Celtiberi, plurēsque barbaricæ nationes, cateruis vtebātur in prælio, in quibus erāt sena milia armatorum. Romani legiones habent, in quibus singulis sena milia, interdum amplius, militare cōsueuerunt. Quid autem inter legiones & auxilia interesse videatur, expediam. Auxiliares conducuntur ad prælium, ex diuersis locis, ex diuersis muneribus venientes: nec disciplina inter se, nec noticia, nec affectione consentiunt. Alia instituta, alius inter eos est vsus armorum. Necessè est autē tardiùs ad victoriā perueniri, qui discrepant antequā dimicent. Deniq; cū in expeditionibus plurimū proficit, omnes milites vnus præcepti significatione conuerti, non possunt æqualiter iussa cōplere, qui antè pariter non fuerunt. Tamen hæc ipsa si solēnibus diuersisq; exercitiis prope quotidie roborentur, non mediocriter iuuant. Nam legionibus semper auxilia, tāquam leuis armatura in acie iungebātur, ut in his præliandi magis adniculum esset quàm principale subsidium. Legio autem propriis cohortibus plena, cū grauē armaturā, hoc est, principes hastarios, triarios, antesignanos: item leuē armaturā, hoc est, ferētarios, sagittarios, funditores, balistarios, cum proprios & sibi impositos equites legionarios, iisdē matriculis teneat: cū vno animo parique consensu castra munit, aciem instruat, prælium gerat, ex omni parte perfecta nullōque extrinsecus indigēs adiuuato, quātamlibet hostium multitudinem superare consueuerat. Documētum est magnitudo Romana, quæ semper cum legionibus dimicans, tantum hostium vicit, quantum vel ipsa voluit, vel rerum natura permisit.

Quæ causa exhauriri fecerit legiones. Cap. III.

*nam cum*

*maior*

*Cato rei mi-  
litaris scri-  
ptor.*

Legionū nomē in exercitu permanet hodie, sed per negligētiā superiorū tēporū, robur infractū est: cū virtutis præmia occuparet ambitio, & per gratiam promouerētur milites, qui promoueri consueuerant per laborem. Deinde cōtubernalibus, cōpletis stipendijs, per testimoniales ex more dimissis, nō sunt alii substituti. Præterea necessè est, morbo aliquātos debilitari atque dimitti: aliquātos militiā deserere, vel diuersis casibus interire: ut nisi annis singulis, imo singulis pene mensibus in recedentiū locū iuniorum turba succedat, quāuis copiosus exhauriatur exercitus. Est & alia causa, cur attenuatæ sint legiones. Magnus in illis labor est militandi, grauiora arma, sera munera, seuerior disciplina. Quod vitates pleriq; in auxilijs sæpe festināt militiæ sacramenta percipere, vbi & minor sudor & t̄ maturiora sunt præmia. Cato ille maior, cū & armis iuictus esset, & cōsul exercitū sæpe duxisset, plus se reip. credidit profuturū, si disciplinā militarē conferret in literas. Nā vnus ætatis sunt res quæ fortiter fiūt, quæ verò pro vtilitate reip. scribūturæ, terna sunt.

sunt. Idem fecerunt alii complures, sed præcipuè Frótinus scribès diuo Traiano ob eiusmodi cōprobatur industriã. Horū instituta, horū præcepta, in quantum valeo strictim fideliterq; signabo. Nam cū easdem expensas faciat & diligenter & negligenter exercitus ordinatus, non solū præsentibus, sed etiam futuris seculis proficiet: si prouisione maiestatis tuę, imperator Auguste, & fortissima dispositio reparetur armorum, emēdetur dissimulatio præcedentium.

Quotenas legiones antiqui ad bellum duxerunt. Cap. III.

**I**N omnibus autoribus inuenitur, singulos cōsules aduersus hostes copiosissimos, non amplius quàm binas duxisse legiones, additis auxiliis sociorū. Tanta in illis erat exercitatio, tanta fiducia, vt cuius bello duæ legiones crederetur posse sufficere. Quapropter ordinationem legionis antiquæ secundū normam militaris iuris exponam. Quę descriptio si obscurior aut impolitior videbitur, non mihi, sed difficultati ipsius rei cōuenit imputari. Attento itaq; animo sæpius relegenda sunt, vt memoria intelligentiaq; valeant comprehendere. Necessè est enim inuictam esse rempub. cuius imperator militari arte percepta, quantos voluerit faciat exercitus bellicosos.

Quemadmodum legio constituatur. Cap. V.

**D**iligenter igitur lectis iunioribus, animis corporibusq; præstantibus, additis etiã exercitiis quotidianis, quatuor vel eo amplius mensiū, iussu auspiciisq; inuictissimi principis legio formatur. Nam ꝑ puncturis in cute ꝑ punctis milites scripti & matriculis inserti iurare solent. Et ideo militię sacramenta dicuntur. Iurāt autem per deum Christum & spiritū sanctum, & per maiestatem imperatoris, quæ secundum deum generi humano diligenda est & colēda. Nam imperatori, cū Augusti nomen accepit, tanquam præsentis & corporali deo fidelis est præstanda deuotio, & impēdendus peruigil famulatus. Deo enim vel priuatus, vel militans seruit, cū fideliter eum diligit, qui deo regnat autore. Iurant autem milites omnia se strenuè facturos, quę præceperit imperator, nunq̄ deserturos militiam, nec mortem recusaturos pro Romana rep.

*pictis  
punicis  
Militie sa-  
cramenta.*

Quot cohortes in vna sint legione, item quot milites in vna cohorte.

Cap. VI.

**S**ciendum est autē in vna legione decem cohortes esse debere. Sed prima cohors reliquas, & numero militum, & dignitate præcedit. Nam genere & institutione literarum viros electissimos quærunt. Hæc enim suscipit aquilã, quod præcipuum signū in Romano est semper exercitu, & totius legionis insigne. Hæc imagines imperatorū, hoc est diuina & præsentia signa venerat. Habet pedites mille centum quinq;. Equites loricatedos centum triginta duos: & appellatur cohors miliaria. Hęc caput est totius legionis, ab hac, cū pugnandū est, prima acies incipit ordinari. Secūda cohors habet pedites. 555. Equites loricatedos. 66 & appellatur cohors quingētaria. Tertia cohors similiter habet pedites. 555. Equites. 66. sed in hac cohorte tertia, validiores probari moris est, quia in media acie consistit.

*hæc etiam*

consistit. Cohors quarta habet pedites quingentos quinquaginta quinque. Equites 66. Cohors quinta habet eundem. Sed & ipsa strenuos desiderat milites: quia sicut prima in dextro, ita quinta in sinistro ponitur cornu. Hæ quinque cohortes in prima acie ordinantur. Sexta cohors habet pedites. 555. Equites 66. In ipsa quoque enucleati ascribendi sunt iuniores: quia in secunda acie post Aquilam & Imagines cohors sexta consistit. Cohors septima habet pedites. 555. Equites 66. Cohors octava habet pedites. 555. Equites 66. Sed & ipsa animosos desiderat viros: quia in secunda acie consistit media. Cohors nona habet pedites. 555. Equites 66. Cohors decima habet pedites. 555. Equites. 66. & ipsa bonos accipere consuevit bellatores: quia in secunda acie sinistrum possidet cornu. His decem cohortibus legio plena fundatur, quæ habet pedites sex milia centum, equites septingentos viginti sex. Minor itaque numerus armatorum in una legione esse non debet. Maior autem interdum esse consuevit, si non tantum unam cohortem, sed etiam alias miliarias fuerit iussa suscipere.

Legio plena.

Nomina & gradus principiorum legionum. Cap. VII.

Principia.

Tribunus.

Ordinarij.

Augustales

Flauiales

Aquiliferi.

Imaginarij

Optiones.

Signiferi.

Tesserarij.

Tessera quædam.

Campigeni.

Metatores.

Beneficiarij

Librarij.

Tubicines.

Cornicines.

Buccinatores.

Armaturæ.

Mensores.

Torquati.

Candidati.

Munifices.

Antiqua ordinatione legionis exposita, principalium militum, & (vt proprio vtar vocabulo) principiorum nomina & dignitates secundum præfentes matriculas indicabo. Tribunus maior per epistolam sacram imperatoris iudicio destinatur. Minor tribunus prouenit ex labore. Tribunus autem vocatur à tribu, tribuendoque iure: quia præest militibus, quos ex tribu primus Romulus legit. Ordinarii dicuntur qui in prælio præsumunt, & primos ordines ducunt. Augustales appellantur, qui ab Augusto ordinariis iuncti sunt. Flauiales item tanquam secundi augustales, à diuo Vespasiano sunt legionibus additi. Aquiliferi qui aquilam portant. Imaginarij, vel imaginiferi qui imperatorum imagines portant. Optiones ab optando appellati, quod antecedentibus ægritudine præpeditis, hi tanquam adoptati eorum, atque vicarii solent vniuersa curare. Signiferi qui signa portant: quos nunc draconarios vocant. Tesserarij qui tesseram per contubernia militum nunciant. Tessera autem dicitur præceptum ducis, quo vel ad aliquod opus, vel ad bellum mouetur exercitus. Campigeni, hoc est, à tesignani, ideo sic nominati, quia eorum opera atque virtute exercitii genus crescit in campo. Metatores qui præcedentes, locum eligunt castris. Beneficiarij, ab eo appellati, quod promouentur beneficio tribunorum. Librarij, ab eo quod in libros referant rationes ad milites pertinentes. Tubicines, Cornicines, & Buccinatores qui tuba vel æreo cornu, vel buccina committere prælium solent. Armaturæ duplæ, quæ binas consequuntur annonas. Simplæ, quæ singulas. Mensores, qui in castris ad podium dimetiuntur loca, in quibus milites tentoria figant, vel hospitia in ciuitatibus præstant. Torquati duplæ, Torquati simplæ, quibus torques aureus solidus virtutis præmium fuit, quem qui meruisset, præter laudem interdum duplas consequebatur annonas: duplæ duas, simplæ unam. Erant & secundum annonam candidati duplæ, candidati simplæ. Hi sunt milites principales, qui priuilegiis muniuntur. Reliqui munifices appellantur, quia munia facere coguntur.

Nomina



Nomina eorum qui antiquos ordines ducebant.

Cap. VIII.

**V**etus autem consuetudo tenuit, ut ex primo principe legionis, promoueretur Centurio primipili: qui non solum aquilæ præerat, verum etiã quatuor ceteras, hoc est, quadringetos milites, in prima acie gubernabat. Hic tanquam caput totius legionis merita consequebatur & cõmoda. Item primus hastatus duas centurias, id est, ducentos homines ducebat in acie secunda, quæ nunc ducenarium vocant. Princeps autem primæ cohortis centuriã & semis, hoc est, centum quinquaginta homines gubernabat. Ad quem propè omnia, quæ in legione ordinãda sunt, pertinent. Item secundus hastatus centuriam & semis, id est, centum quinquaginta milites gubernabat. Triarius prior, centum homines regebat: sic decem centuriæ cohortis primæ, à quinque ordinariis regebãtur: quibus magnæ utilitates & magnus honor est à veteribus constitutus: ut cæteri milites ex tota legione omni labore ac deuotione cõtenderent ad tãta præmia puenire. Erant etiam centuriones qui singulas centurias curabant: qui nunc centenarii nominãtur. Erant decani, denis militibus præpositi: qui nũc caput contubernii vocantur. Secunda cohors habebat centuriones quinque. Similiter tertia, quarta, quinta, vsque ad decimã cohortẽ: in tota autem legione erant centuriones quinquagintaquinque.

Centurio primipili. Primus hastatus.

Ducenarius

Princeps primæ cohortis.

Hastatus secundus.

Triarius prior.

Centuriones.

Centenarij Decani.

Caput contubernij

De officio præfecti legionis.

Cap. IX.

**S**ed legati Imperatoris ex consularibus ad exercitus mittebãtur, quibus legiones & auxilia vniuersa obtemperabant in ordinatione pacis vel necessitate bellorum, in quorum locũ nunc illustres viros constat magistros militũ substitutos à quibus non tantum binæ legiones, sed etiã plures numero gubernãtur. Proprius autem iudex erat præfectus legionis, habens communem primi ordinis dignitatem, qui absente legato, tanquam vicarius ipsius potestatem maximã retinebat. Tribuni vel centuriones, cæteriq; milites, eius præcepta seruabãt. Vigiliarum siue profectionis tessera petebatur ab eodem. Si miles crimen aliquod admisisset, autoritate præfecti legionis deputabatur à tribuno ad poenam. Arma omnium militũ, item equi, vestes, annona, ad curam ipsius pertinebant. Disciplinæ ius & seueritas & exercitatio, non solum peditum sed etiam equitũ legionariorum, præcepto eius quotidie curabatur. Ipse autem custos diligens & sobrius, legionem sibi creditã assiduis operibus ad omnem deuotionẽ, ad omnem afformabat industriam: sciens ad præfecti laudem subiectorum redundare virtutem.

Præfectus legionis.

De officio præfecti castrorum.

Cap. X.

**E**rat etiam castrorũ præfectus, licet inferior dignitate, occupatus tamen nõ mediocribus causis: ad quem castrorũ positio, valli & fossæ destinatio pertinebat. Tabernacula vel casæ militũ, cum impedimentis omnibus, nutu ipsius curabantur. Præterea egri contubernales & medici à quibus curabantur, expensæ etiam ad eius industriã pertinebant. Vehicula, sagittarii, necnõ etiam feramenta

*ferratur*

menta, quibus materies <sup>†</sup>secatur vel cæditur, quibusq; aperiuntur fossæ circa situm valli & aquæ ductus. Item ligna vel stramina, arietes, onagri, balistæ, cetera que genera tormentorū, ne deessent aliquando procurabat. Is post longam <sup>p</sup>-batamq; militiam peritissimus omnium legebatur: vt rectè doceret alios quod ipse cum laude fecisset.

## De officio præfecti fabrorum

Cap. XI.

**H**abet præterea legio fabros lignarios, instructores, carpentarios, ferrarios, pictores, reliquosque artifices ad hybernorum ædificia fabricanda, ad machinas, turre lignas, ceteraq; quibus vel expugnatur aduersariorum ciuitates, vel defenduntur propria, præparatos: qui arma, qui vehicula ceteraque genera tormentorum vel noua facerēt, vel quassata repararent. Habebant etiam fabricas scutarias, loricarias, arcuarias, in quibus sagittæ, missilia, cassides, omniaque armorum genera formabatur. Hæc enim erat cura præcipua, vt quicquid exercitui necessarium videbatur, nunquam deesset in castris: vsq; eo, vt etiam cunicularios haberēt, qui ad morem Bessorum, ducto sub terris cuniculo, murisque intra fundamenta perfossis, improuisi emergerent ad vrbes hostium capiendas. Horum iudex erat proprius præfectus fabrorum.

## De officio tribuni militum

Cap. XII.

*dimicatione*

**D**ecē cohortes habere legionē diximus: sed prima erat miliaria, in qua cēsu, genere, literis, forma, virtute, pollentes milites mittebantur. Huic tribunus præerat, armorum scientia, virtute corporis, morum honestate præcipuus. Reliquæ cohortes, <sup>p</sup>ut principi placuisset, à tribunis vel à præpositis regebatur. Tanta autem seruabatur exercendi milites cura, vt non solum tribuni vel præpositi contubernales sibi creditos, sub oculis suis iuberent quotidie meditari, sed etiā ipsi armorum arte perfecti, ceteros ad <sup>†</sup>imitationē proprio cohortarentur exemplo. Tribuni autem sollicitudo per hanc laudatur industriā: cum miles veste nitidus, armis bene munitus ac fulgēs, exercitii vsu & disciplina eruditus incedit.

## De centuriis atque vexillis peditum

Cap. XIII.

*Aquila.  
Dracones.**Vexilla.**Centenarij  
†transuersis*

**P**rimum signum totius legionis est Aquila, quam aquilifer portat. Dracones etiam per singulas cohortes à draconariis feruntur ad prælium. Sed antiqui, quia sciebant in acie commisso bello celeriter ordines aciesq; turbari atq; confundi, ne hoc posset accidere, cohortes in centurias diuiserūt, & singulis centuriis singula vexilla, constituerunt: ita vt ex qua cohorte vel quota esset centuria in illo vexillo literis esset ascriptū, quod intuētes vel legentes milites, in quatuor tumultu, à contubernalibus suis aberrare non possent. Centuriones insuper, qui nunc centenarii vocantur, nimium bellicosos loricatos, <sup>†</sup>trāsumptis cassidum cristis, vt facilius noscerentur, singulas iusserūt gubernare centurias: quatenus nullus error existeret, cū centeni milites sequerentur, non solū vexillū suum, sed etiā centurionem qui signum habebat in galea. Rursus ipse centurię in cōtubernia diuisę sunt: vt decem militibus sub vno papilione degentibus vnus quasi

quasi præfset decanus, qui caput cōtubernij nominatur. Contuberniū autem manipulus vocabatur, ab eo quòd coniunctis manibus pariter dimicabant.

*Decanus.*  
*Manipulus*

De turmis equitum legionariorum.

Cap. XIII.

**Q**uemadmodum inter pedites centuria vel manipulus appellatur, ita inter equites turma dicitur. Et habet vna turma equites 32. Huic qui præfset, Decurio nominatur. Centum enim pedites ab vno centurione, sub vno vexillo gubernantur: similiter 32. equites ab vno decurione, sub vno vexillo reguntur. Præterea sicut centurio eligendus est magnis viribus, procera statura, qui hastas vel missilia peritè iaculetur & fortiter, qui dimicare gladio, qui scutum rotare doctissimè nouerit, qui omnem artem didicerit armorum, vigilans, sobrius, agilis, magis ad facienda quæ ei imperantur, quàm ad loquendum paratus: contubernales suos ad disciplinam retineat, & ad armorum exercitium cogat, vt bene vestiti & calciati sint, vt arma omnium defricentur ac splendeant: similiter eligendus est decurio qui turmæ equitum præponatur, imprimis habili corpore, vt loricatedus & armis circumdatus omnibus, cum summa admiratione equum possit ascendere, equitare fortissime, conto scienter vti, sagittas doctissimè mittere, turmales suos, id est, sub cura sua equites positos erudire ad omnia quæ equestris pugna deposcit: eosdè cogere loricas suas vel cataphractas, contos suos & cassides frequenter tergere & curare. Plurimum enim terroris hostibus armorum splendor importat. Quis credat militem bellicosum, cuius dissimulatione situ ac rubigine arma foedantur? Non solum autem equites, sed etiam ipsos equos assiduo labore conuenit edomari. Itaque ad decurionem & sanitatis & exercitationis tam hominū quàm equorum pertinet cura.

*Turma*  
*Decurio.*

*Turmales.*

Quemadmodum legionum acies instruantur.

Cap. XV.

**N**unc qualiter instruenda sit acies, si pugna immineat, declaretur vnus legionis exemplo: quod, si vsus exegerit, transferri possit ad plures legiones. Equites locantur in cornibus. Acies peditum à prima cohorte incipit ordinari in cornu dextro. Huic cohors secunda coniungitur. Tertia cohors in media acie collocatur. Huic annectitur quarta. Quinta verò cohors sinistram suscipit cornu. Sed ante signa, & citra signa, nec non in prima acie dimicantes, principes vocabantur, hoc est, ordinarij, cæteri que principales. Hæc erit grauis armatura, qui habebāt cassides, cataphractas, ocreas, scuta, gladios maiores, quos spathas vocant, & alios minores, quos semispathas nominant, plumbatas quinas positas in scutis, quas primo impetu iaciunt. Item bina missilia, vnum maius, ferro triangulo, vnciarum nouem, hastili pedum quinque & semis, quod pilum vocabant, nunc spiculum dicitur, ad cuius ictum præcipuè exercebātur milites, quod arte & virtute directum, & scutatos pedites, & loricatedos equites sæpe transuerberat: aliud minus, ferro triangulo vnciarum quinque, hastili trium pedum & semis, quod tunc verriculum, nunc verutum dicitur. Prima acies principum. Secunda hastatorum, armis talibus docetur

*Principes.*

*Spathæ.*  
*Semispathæ.*

*Pilum.*  
*Spiculum.*

*Verriculū.*

E instructa.

Ferentarij.  
Scutati.

Funditores.  
Tragularij.

instructa. Post hos erant ferentarij & leuis armatura quos nunc auxiliares & armaturas dicimus. Scutati qui plumbatis vel gladiis & missilibus accincti, sicut nunc omnes propè milites videntur, armati erant. Item sagittarij cum cassidibus, cataphractis & gladiis, sagittis & arcibus. Erant Funditores, qui ad fundas vel fastibalos lapides iaciebant. Erant tragularij, qui ad manubalistas vel arcubalistas dirigebant sagittas. Secunda acies similiter armabatur: in qua consistentes milites, hastati vocabantur. Sed in secunda acie, dextro cornu, cohors sexta ponebatur: cui iungebatur septima. Octaua cohors mediam aciem tenebat, nona comitante. Decima cohors in secunda acie sinistrum semper obtinebat cornu.

Quemadmodum triarij vel centuriones armentur. Cap. XVI.

Triarij.

Post omnes autem acies, Triarij cum scutis, cataphractis & galeis ocreati cum gladiis, semispathis, plumbatis & binis missilibus locabatur, qui genu posito subsidebant, ut, si prima acies vinceretur, ab his quasi de integro reparata pugna posset reparare victoriam. Omnes autem signarij vel signiferi, quamuis pedites, loricas minores accipiebant, & galeas ad terrorem hostium versus pelibus tectas. Centuriones vero habebant cataphractas, scuta, & galeas ferreas: sed transuersis & argentatis cristis, ut facilius agnoscerentur à suis.

Commissa pugna grauem armaturam stare pro muro. Cap. XVII.

quod

Illud autem sciendum est, & modis omnibus retinendum: commisso bello, prima ac secunda acies stabat immota. Triarij quoque residebant. Ferentarij autem armaturæ & scutatores, sagittarij, funditores, hoc est, leuis armaturam aduersarios prouocabant ante aciem procedentes: si hostes fugare poterant, sequebantur: si eorum virtute ac multitudine premebantur, reuertebantur ad suos & post eos stabant. Excipiebat autem prælium grauis armatura, & tanquam murus (ut ita dicam) ferreus stabat: & non solum missilibus, sed etiam gladiis cominus dimicabant. Et si hostes fugassent, non sequebatur grauis armatura, ne aciem suam ordinationemque perturbaret, & ad dispersos recurrètes hostes, incompósitos opprimerent: sed leuis armatura cum funditoribus, sagittariis, & equitibus, fugientes sequebatur inimicos. Hac dispositione atque cautela sine periculo legio vincebat, aut superata seruabatur incolumis: † quia ius legionis est, facile nec fugere nec sequi.

Nomina militum & gradus in scutis eorum aduersis scribenda. Cap. XVIII.

Demmata.

instructam

Sed ne milites aliquando in tumultu prælij à suis cõtubernalibus aberrarèt, diuersis cohortibus diuersa in scutis signa pingebant: quæ ipsi nominant demmata, sicut etiam nunc moris est fieri. Præterea in aduerso scuto vniuscuiusque militis, literis erat nomē ascriptum, addito ex qua esset cohorte, quæve cõturia. Ex his ergo apparet legionem bene † institutam, quasi munitissimam esse ciuitatem, quæ omnia prælio necessaria secum vbique portaret, nec metueret repentinum hostium superuentum, quæ etiam in mediis campis subito fossa se vallòque muniret, quæ omne genus militum contineret & armorum. Siquis igitur pugna publica superare Barbaros cupit, ut diuinitatis nutu, dispositione Imperatoris inuicti



inuicti reparétur, ex tyronibus legiones votis omnibus petat. Intra breue autem temporis spacium, iuniores diligenter electi & exercitati, quotidie, non solū mane, sed etiam post meridiem, omni armorum disciplina vel arte bellā di, veteres illos milites, qui orbem terrarū integrū subegerūt, facilè coęquabunt. Nec moueatur, Cęsar, tua maiestas, quòd olim consuetudo est mutata, quę † viguit: sed huius, puisionis ac fęlicitatis est perennitas tua, vt pro salute reip. & noua excogitet, & antiqua restituat. Omne opus difficile videtur anteq̄ tentes, cęterum si exercitati & prudentes viri delectui preponantur, celeriter manus bellis apta poterit aggregari & diligenter institui. Quiduis enim efficit solertia, si competentes non denegentur expensę.

*notuit.*

Pręter corporis robur, notarum & computandi artem  
in tyronibus eligendam.

Cap. XIX.

**S**ed quoniam in legionibus plures scholę sunt, quę literatos milites quę-  
rūt ab his qui tyrones probāt in omnibus quidem staturę magnitudinē,  
corporis robur, alacritatem animi, cōuenit explorari. Sed in quibusdā nota-  
rū peritia, calculādi cōputādique vsus exigitur. Totius enim legionis ratio, si  
ue obsequiorū, siue militariū numerorū, siue pecunię quotidie ascribitur a-  
ctis maiore propè diligentia, quàm res annonaria, vel ciuilis, politicis libris  
annotatur. Quotidianas etiā in pace vigilias. Item excubitū siue angarias, de  
omnibus centuriis & cōtubernijs, quę vicissim milites faciūt, vt ne quis con-  
tra iusticiā pręgrauetur, aut alicui præstetur immunitas. Nomina corū qui  
vices suas fecerūt, breuibus inferuntur. Quando quis cōmeatū acceperit, vel  
quot dierum annotatur in breuibus. Tunc enim difficilè cōmeatus dabatur,  
nisi causis iustissimis approbatis. Nec aliquibus milites instituti deputaban-  
tur obsequijs, nec priuata iisdem negocia mādabantur. Siquidem incōgruū  
videbatur, ioperatoris militem, qui veste & annona publica pascebatur, vtili-  
tatibus vacare priuatis. Ad obsequia tamen iudicū vel tribunorū, nec nō etiā  
principaliū deputabantur milites, qui vocabātur accensi, hoc est, postea ad-  
diti quàm fuisset legio cōpleta, quos nunc Supernumerarios vocant. Fascicu-  
laria tamen, id est, lignū, fœnū, aquā, stramen, etiam legitimi milites in castra  
portabant. Munifices enim ab eo appellātur, quòd hęc omnia munia faciāt.

*Scholę mi-  
litares.*

*Accensi.  
Supernume-  
rarij.*

Donatiui partem dimidiam debent apud signa sequestrare  
milites seruandam.

Cap. XX.

**I**llud verò ab antiquis diuinitus institutū est, vt ex donatiuo quod milites  
cōsequuntur: dimidia pars sequestraretur apud signa, & ibidē ipsis militi-  
bus seruaretur, ne per luxū aut inaniū rerū cōparationem, à cōtubernalibus  
possit absumi. Plerique enī homines & præcipuè pauperes tantū erogāt quā-  
tum habere potuerint. Sepositio autem ista pecunię, primū ipsis cōtuber-  
nalibus docetur accōmoda. (Nā cū publica sustentētur annona, ex omni-

E ij bus do-

Deposita-  
rii signife-  
ri.

bus donatiuis augetur eorum pro medietate castrése peculium) Miles deinde qui sumptus suos scit apud signa depositos, de deserendo nihil cogitat, magis diligit signa. Pro illis in acie fortius dimicat, more humani ingenij, ut pro illis habeat maximam curam, in quibus suam videt positam esse substantiam. Denique decem folles, hoc est, decem sacci, per cohortes singulas exponebantur, in quibus haec ratio condebatur. Addebatur etiam saccus undecimus, in quem tota legio particulam aliquam conferbat, sepulturae scilicet causa, ut si quis ex contubernibus defecisset, de illo undecimo sacco ad sepulturam ipsius promeretur expensa. Haec ratio apud signiferos (ut nunc dicunt) in cophino seruabatur. Et ideo signiferos non solum fideles, sed etiam literati homines eligebantur, qui & seruarent deposita, & scirent singulis reddere rationem.

In legione ita fieri promotiones, ut per omnes cohortes transeant qui promouentur.

Cap. XXI.

Primipili  
centurio.  
Primicerius

**N**on tantum humano consilio, sed etiam diuinitatis instinctu, legiones arbitror a Romanis constitutas. In quibus decem cohortes ita sunt ordinatae, ut omnium unum corpus, una videatur esse coniunctio. Nam quasi in orbem quaedam per diuersas cohortes & diuersas scholas milites promouentur, ita ut ex prima cohorte ad gradum quempiam promotus vadat ad decimam cohortem: & rursus ab ea, crescentibus stipendiis, cum maiore gradu per alias recurrat ad primam. Ideo primipili centurio, postquam in orbem omnes cohortes per diuersas administrauerit scholas, in prima cohorte ad hanc peruenit palmam, in qua ex omni legione infinita comoda consequitur. Sicut primicerius in officio praefectorum praetorio ad honestum quaestuosumque militiae peruenit gradum, ita legionarij equites cohortes suas contubernij affectione venerantur, cum naturaliter equites a peditibus soleant discrepare. Per hanc ergo contextionem, in legionibus, & omnium cohortium equitum peditumque seruabatur una concordia.

Quid inter tubicines & cornicines & classicum interfit. Cap. XXII.

Cornicines  
& buccinatores.

**H**abet praeterea legio tubicines, cornicines, & buccinatores. Tubicines ad bellum vocant milites, & rursus receptui canentes reuocant. Cornicines & buccinatores erant ornamentum totius legionis in ingressu confectus & eius reditu. Hi quotiens canunt, non milites, sed signa ad eorum obtemperant nutum. Ergo quotiens ad aliquod opus exituri sunt soli milites, tubicines canunt, & soli milites ad signa eorum obtemperant. Quotiens mouenda sunt signa, cornicines canunt. Quotiens autem pugnatur, & tubicines & cornicines pariter canunt. Classicum item appellatur, quod buccinatores per cornu dicunt. Hoc insigne videtur imperij, quia classicum canitur imperatore praesente, vel cum in militem capitaliter animaduertitur: quia hoc ex imperatoris legibus fieri necesse est. Si vero ad vigilias vel angarias faciendas, siue ad opus aliquod, vel ad decursionem capi exeunt milites, tubicine vocante operantur, & rursus tubicine admonente cessant. Cum autem mouentur signa, aut iam mota signa sunt, cornicines canunt. Quod ideo in omnibus exercitiis & processibus custoditur, ut in ipsa pugna facilius obtemperent

Classicum.

obtemperent milites, siue eos pugnare, siue stare, siue sequi, vel redire præceperint duces. Siquidem ratio manifesta sit, semper in ocio debere fieri, quod necessario faciendum videtur in prælio.

## De exercitatione militum. Cap. XXIII.

**L**egionis ordinatione digesta, ad exercitium reuertamur: vnde (sicut iam dictum est) exercitus nomen accepit. Iuniores quidem & noui milites, mane & post meridiem ad omne genus exercebantur armorum. Veteres autem & eruditi sine intermissione semel in die exercebantur in armis. Neque enim longitudo ætatis, aut annorum numerus artem bellicam tradit, sed continua exercitationis meditatio: post quanta volueris stipendia, in exercitatus miles semper est tyro cum armatura quæ festis diebus exhibetur in exercitio. Idcirco non tantum armaturam, qui sub campi doctore sunt, sed omnes æqualiter contubernales quotidiana meditatione discebant, & corporis velocitatem. Nam & velocitas vsu ipso acquiritur corporis, & scientia feriendi hostem sequi, protegendi, præsertim si gladiis cominus dimicetur. Illud verò maius est, vt seruare ordines discant, & vexillum suum in tantis permixtionibus in ipsa proluisione comitentur, nec inter doctos aliquis error existat, quàmuis in multitudine sit tanta confusio. Ad palum quoque vel sudes iuniores exerceri per commodum est, cum latera vel pedes aut caput petere punctim cæsimque condiscant. Saltus quoque & ictus facere pariter assuescant, insurgere tripudiantes in clypeum, rursusque subidere, nunc gestiendo prouolare cum saltu, nunc cedentes in terga resilere. Missilibus etiã palos ipsos procul ferire meditentur, vt & ars dirigendi, & dextræ virtus possit accrescere. Sagittarij verò vel funditores, scopas, hoc est, fruticum vel straminum fascies, pro signo ponebant: ita vt sexcentis pedibus remoueretur à signo, vt sagittis vel certè lapidibus ex fustibalo destinatis, signum sæpius tangerent. Propterea sine trepidatione in acie faciebant, quod ludentes in campo fecerant. Semper assuescendum est etiam, vt semel tantum funda circa caput rotetur, cum ex ea emittitur saxum. Sed & manu sola omnes milites meditabatur libralia saxa iactare: qui vsus paratior creditur, quia non desyderat fundam. Missilia quoque vel plumbatas iugiter perpetuoque exercitio dirigere cogebatur vsque adeo, vt tempore hyemis de tegulis vel scandulis, quæ si deessent, certè de cannis, vlua vel culmo & porticus tegerentur ad equites, & quædam velut basilicæ ad pedites: in quibus tempestate vel ventis aëre turbato, sub tecto armis erudiebatur exercitus. Ceteris autem etiam hybernis diebus, si niues pluuiæque cessarent, exerceri cogebantur in campo: ne intermissa consuetudine, animi militum debilitaretur & corpora, syluam cædere, portare onera, transilire fossas, natare in mari siue fluminibus, gradu pleno ambulare, vel currere etiam armatos cum sarcinis suis frequentissimè conuenit, vt quotidiani laboris vsus in pace, difficilis non videatur in bello. Siue ergo legio fuerit, siue auxilia, exerceantur assidue. Nam quemadmodum bene exercitatus miles prælium cupit, ita formidat indoctus. Postremo sciendum est, in pugna vsus amplius prodesse quàm vires. Nam si doctrina cesset armorum, nihil paganus distat à milite.

*Ad palum  
exerceri.*

*Scopæ.*

Exempla adhortationum & exercitij militaris, de aliis artibus  
tracta. Cap. XXIII.


**A**thleta, venator, auriga, propter exiguam mercedem, vel certè plebis fauorem, cotidiana meditatione artes suas aut seruare, aut augere consuecunt. Militem (cuius est manibus seruanda respub.) studiosius oportet scientiam dimicandi vsúmque rei bellicæ iugibus exercitiis custodire: cui contingit non tantùm gloriosa victoria, sed etiam amplior præda: quémque ad opes ac dignitates ordo militiæ & Imperatoris iudicium consuevit euehere. Artifices scænici ab exercitiis pro laude vulgi non recedunt. Miles sacramento lectus, ab exercitiis armorum, vel nouellus vel iam vetustus cessare non debet, cui pugnandum est pro salute propria & libertate communi: præsertim cum antiqua sit prudensque sententia, Omnes artes in meditatione cõsistere.


Enumeratio ferramentorum vel machinarum legionis. Cap. XXV.

**L**egio autem non tantùm militum numero, sed etiam genere ferramentorum vincere consuevit. Primùm omnium instruitur iaculis, quæ nullæ loriciæ, nulla possunt scuta sufferre. Nam per singulas centurias singulas carrobalistas habere consuevit, quibus muli ad trahendum, & singula contubernia ad armandum vel dirigendum, hoc est, vñdecim homines, deputantur. Nam hæ quanto maiores fuerint, tanto longiùs tela iaculantur. Non solùm autem castra defendunt, verumetiam in campo post aciem grauis armaturæ ponuntur. Ad quarum impetum, nec equites loricati, nec pedites scutati possunt obstare. In vna autem legione quinquagintaquinque carrobalistæ esse solent. Item decem onagri, hoc est, singuli per singulas cohortes in carpentis bobus duobus portantur armatis: vt si fortè hostes ad oppugnandum venerint vallum, sagittis & saxis possint castra defendi. Scaphas quoque de singulis trabibus excauatas, cum longissimis funibus, interdum etiam ferreis cathenis, secum legio portat: quatenus contextis eisdem (sicut dicunt) monoxyllis, supertextis iniectisque tabulatis, flumina quæ sine pontibus vadari nequeunt, tam à peditibus quàm ab equitatu sine periculo transeantur. Habet ferreos harpagones, quos lupos vocant, & falces ferreas confixas longissimis contis. Item ad fossarum opera facienda bidentes, ligones, palas, ræstra, alueos, cophinos quibus portetur terra. Habet quoq; dolabras, secures, ascias, ferras, quibus materia ac pali dolantur atque secantur. Habet præterea artifices cum omnibus ferramentis, qui ad oppugnandas hostium ciuitates, testudines, musculos, arietes, vineas (vt appellant) turres etiam ambulatorias faciant. Verùm ne singula enumerando plura dicantur, vniuersa quæ in quoque belli genere necessaria esse creduntur, secum legio debet vbique portare, vt in quouis loco fixerit castra, armatam faciat ciuitatem.


Harpagones.  
Lupi.
























F












































Gii







G III




GIII









machina



Finis Secundi libri.

# FLAVII VEGETII

RENATI DE RE MILITARI,

Libri Tertij Prologus.



Thenienses & Lacedæmonios ac Macedonas rerum positos, prisci testantur annales. Verùm apud Athenienses, nõ solum rei bellicæ, sed etiam diuersarum artium viguit industria: Lacedæmonijs autem præcipua fuit cura bellorum.

*Lacedæmoniorũ circa bellum cura.*

Primi nanque experimenta pugnarum de euentibus colligentes, artem præliorũ scripsisse firmantur vsque eò, vt rem militarem, quæ virtute sola, vel certè felicitate creditur contineri, ad disciplinam peritiæque studia reuocarent: ac magistros armorum (quos *τακτικούς* appellauerunt) iuuentutem suam vsu varietatẽque pugnandi præciperent edocere. O viros summa admiratione laudandos, qui eam præcipuè artem ediscere voluerunt, sine qua aliæ artes esse non possunt. Horum sequentes instituta Romani, Martij operis præcepta, & vsu retinuerunt, & literis perdididerunt. Quæ per diuersos autores librosque dispersa, Imperator inuicte, mediocritatem meam abbreviare iussisti, ne vel fastidium nasceretur ex plurimis, vel plenitudo fidei deesset in paruis. Quantum autem in prælijs Lacedæmoniorum disciplina profuerit (vt omittam ceteros) Xanthippi declaratur exemplo, qui Attilium Regulum, Romanumque exercitum sepe victorẽ, cum Carthaginensibus, nõ virtute, sed artis solo ferè auxilio, prostratis exercitibus, cepit ac domuit, vnoque congressu triumphans, bellum omne confecit. Nec minus Hannibal petiturus Italiam Lacedæmoniũ doctorem quæsiuit armorum: cuius monitis tot Consules, tantasque legiones, inferior numero ac viribus, interemit. Ergo qui desiderat pacem, præparet bellum. Qui victoriã cupit, militẽ imbuat diligenter. Qui secundos optat euentus, dimittet arte non casu. Nemo prouocare, nemo audet offendere, quem intelligit superiorem fore, si pugnet.

*Xanthippus rei militaris peritus*

*Hannibal rei militaris studiosus.*

Qui modus debeat esse exercitus. Cap. I.



Rimus liber tyronum delectum exercitiũque deprompsit, sequens legionis institutionem disciplinamque edocuit militarem, hic autem tertius classicum sonat. Ideo enim illa præmissa sunt, vt hæc, in quibus peritia certaminum & victorię summa consistit, disciplinæ ordine custodito, intelligerentur celerius, & amplius adiuuarent.

Exercitus dicitur tam legionum, quàm etiam auxiliorum, nec nõ etiam equitum ad gerendum bellum multitudo collecta. Huius modus à magistris quæritur armorum. Nam cum Xerxis & Darij & Mithridatis ceterorumque regum, qui innumerabiles armauerant populos exempla leguntur, euidenter apparet, nimium copiosos exercitus, magis propria multitudiue, quàm hostium virtute depressos. Nam pluribus casibus subiacer amplior multitudo. In itineribus

*Exercitus.*

bus

bus pro mole sua semper est tardior. In longiore autem agmine, etiã à paucis superuentũ assõlet pati. In locis autẽ asperis vel fluminibus transeundis, propter impedimentorum moras sæpe decipitur. Præterea ingenti labore numerosis animalibus equisq̃ue pabula colliguntur. Rei quoq̃ue frumentarię difficultas, quæ in omni est expeditione vitãda, citò maiores fatigat exercitus. Nã quãtolibet studio præparetur annona, tãto maturiº defit, quãto pluribus erogatur. Ipsa quoq; aqua nimie multitudini aliquãdo vix sufficit. Quòd si casu acies verterit tergũ, necesse est multos cadere de multis, & illos qui effugerint, vt semel territos, postea formidare cõflictũ. Veteres autẽ, qui remedia difficultatũ experimentis didicerãt, nõ tã numerosos, q̃ eruditos armis habere exercitus voluerũt. Itaq; in leuioribus bellis vnã legionem, mixtis auxilijs, hoc est, decem millia peditũ, & duo millia equitũ, crediderũt posse sufficere, quã manum Prætore velut minores duces, ad expeditionem sæpe ducebant. Quòd si magnæ hostiũ copiæ dicerentur, cõsularis potestas cũ .xx. millibº peditũ, & quatuor equitũ, tanq̃ comes maior mittebatur. Quòd si infinita multitudo de gentibº fortissimis rebellasset, tunc nimia necessitate cogente, duo duces & duo mittebãtur exercitus, cum eiusmodi præcepto, vt prouiderent ne quid respub. detrimẽti capiat, Cõsules ambo. Deniq; cũ in diuersis regionibus cõtra diuersos hostes à Pop. Rom. annis penè omnibº pugnaretur, ideo sufficiebant militum copiæ, quòd vt ilius iudicabãt nõ tã grãdes exercitº habere, quàm armis instructos. Illa tamen ratione seruata, ne vnquã amplior multitudo sociorum auxiliarium esset in castris, quàm ciuiũ Romanorum.

Quemadmodum sanitas gubernetur exercitus. Cap. ij.

**N**Vnc (quod vel maximè prouidendum est) quemadmodũ sanitas custodiatur exercitus, admonebo: hoc est, locis, aquis, † temperie, medicina, exercitio. Locis, ne in pestilenti regione iuxta morbosas paludes, ne aridis & sine opacitate arborũ cãpis, aut collibus, ne sine tentorijs estate milites cõmorantur: ne tardius egressi, & calore solis, & fatigatione itineris cõtrahãt morbũ, sed potius in æstate ante lucem ad loca, cõcepto itinere destinata pueniant. Ne seua hyeme iter p niues ac pruinas noctibus faciãt, aut lignorũ patiantur inopiã, aut minor illis vestiũ suppetat copia. Nec sanitati enĩ, nec expeditioni idoneus miles est, qui algere cõpellitur. Nec pniciosis, nec palustribº aquis vtatur exercitus. Nã malẽ aque potus, veneno similis, pestilentia bibentibus generat. Iã verò vt hoc casu ægri cõtubernales oportunis cibis reficiantur, ac medicorũ arte curẽtur, Principũ Tribunorũq; & ipsius Comitiss, q̃ maiorem sustinet potestãtẽ, iugis quẽretur diligentia. Malè enĩ cũ his agitur, quibº necessitas & belli incũbit & morbi. Sed rei militaris periti, plus quotidiana armorum exercitia ad sanitãtẽ militum putauerunt prodesse, q̃ medicos. Itaq; pedites sine intermissione ibribus vel niuibus sub tecto, reliquis diebº exerceri in cãpo voluerunt. Similiter equites nõ solũ in planis, sed etiam in abruptis, & fossarum hiatu difficillimis semitis, seq; & equos suos assiduè exercere iusserunt, vt nihil ijs in necessitate prælij accidere posset incognitum.

Ex quo

Exercitus  
romani.

tempore.

paludosis.

Ex quo intelligitur, quāto studiosius armorum artem docendus sit semp̄ exercitus, cū ei & laboris cōsuetudo in castris sanitatem, & in cōflictu possit præstare victoriā. Si autumnali æstiuoq; tempore diutius in ijsdem locis militum multitudo cōsistat, ex contagione aquarum & odore ipsius foeditatis vitiatas haustibus & aere corrupto perniciosissimus nascitur morbus, qui prohiberi non potest aliter, nisi frequenti mutatione castrorum.

Quanta cura prouidenda sint atq; seruāda pabula & frumenta. Cap. iij.

**O**Rdo postulat, vt de cōmeatu pabuli frumentiq; dicatur. Sæpius enim penuria, q̄ pugna cōsumit exercitū, & ferro seuior fames est. † Deinde reliquis casibus potest in tēpore subueniri, at pabulatio & annona ī necessitate remediū non habent, nisi antè condātur. In omni expeditione vnū & maximū consiliū est, vt tibi sufficiat victus, hostes frāgat inopia. Antè igitur quā inchoetur bellum, de copijs expensisq; solers debet esse tractatus, vt pabula, frumentū, cætereq; annonariæ species, quas à provincialibus consuetudo deposcit, maturius exigātur, & in opportunis ad rem gerendā ac munitissimis locis, amplior semper modus q̄ sufficit aggregetur. Quòd si tributa deficiunt, prerogato auro cōparanda sunt omnia. Neque enim diuitiarū secura possessio est, nisi armorū defensione seruetur. Frequenter autē necessitas geminatur, & obsidio sæpe fit longior quā putatur, cū aduersarij etiā ipsi esurientes circūfidere non desinant, quos fame sperant esse vincendos. Præterea quicquid in pecore, vel quacūque fruge vinoque hostis inferens bellū ad victū suū poterit occupare, non solum admonitis per edicta possessoribus, sed etiam coactis per electos perscrutatores ad castella idonea & armorum firmata præsidijs, vel ad tutissimas cōferendū est ciuitates, vrgēdiq; provinciales, vt ante irruptionem seq; & sua mœnibus cōdāt. Reparatio enim murorum tormentorūq; omnium antè curāda est. Nā si semel hostes præueniunt occupatos, metu vniuersa turbātur. Et quæ ex alijs vrbib⁹ petenda sunt, interclusis itineribus denegātur. Sed fidelis seruatorū custodia, & erogatio moderata, consuevit sufficere pro copia, maximè si ab initio procurētur. Ceterū seera parsimonia est, tū seruare cū deficit. In arduis expeditionibus, p̄ capita magis militū q̄ per dignitates ab antiquis p̄bebātur annonæ, ita vt post necessitate eisdē à rep. redderētur. Hyeme lignorū & pabuli, æstate aquarū vitāda est difficultas. Frumenti verò, vini & aceti, nec non etiā salis omni tēpore necessitas declināda: ita vt vrbes atq; castella ab ijs militibus, qui minus prōpti inueniuntur in acie, armis, sagittis, fustibalis, fundis etiā & saxis, onagris, balistisque defendātur. Præcipuèque cauendum videtur, ne aduersariorum dolo atque periurijs decipiatur puincialiū incauta simplicitas. Frequētius enī conventionum pacisque simulatio credulis q̄ arma nocuerūt. Qua ratione famē collecti patiuntur hostes, dispersi verò crebris superuentibus facillè vincuntur.

Quemadmodum oporteat p̄uidere ne milites seditionē faciāt. Cap. iiii.

**I**Nterdū mouet tumultū ex diuersis locis collect⁹ exercit⁹: & cū pugnare nolit, irasci se simulat, vt nō ducatur ad bellum: quod ij præcipuè faciūt qui in

H sedibus

bus ociosè delicatèq; vixerunt. Nā asperitate insoliti laboris offensi, quem in expeditione necesse est sustinere, p̄terea metuentes p̄lium, qui armorum exercitia declināt, ad eiusmodi p̄cipitantur audaciā. Cui vulnere multiplex medicina cōsuevit opponi, vt dū adhuc separati sunt in sedibus suis, tribunorū vel vicariorū, nec nō etiā principū ad omnem disciplinā arctissima seueritate teneantur, nihilq; aliud, nisi deuotionē moderationēq; custodiāt, nullis cōmeatibus vacent. Ad nomen, ad signa obseruare nō desinant. Cāpi cursionem (vt ipsi appellāt) inspectionemq; armorū assiduè faciant. Ad sagittas iaciendas, ad missilia dirigenda, ad iactandos lapides, vel funda, vel manu. Ad armaturę gestum, ad vectes iactādos: pro similitudine gladiatorū, punctim cęsimq; feriendo, multo die vsq; ad sudorē sunt frequentissimè detinendi. Cursu etiam & saltu ad † transmittendas fossas nihilominus imbuendi, si mare vel fluuius vicinus est sedibus. Aestiuo tempore ad natandū cogendi sunt omnes. Præterea syluā cędere, iter p̄ dumosa & abrupta facere, materiem dolare, aperire fossam, occupare aliquē locū, & ne à contubernibus detrudantur, in scutis inuicem obuiantibus niti. Ita exercitati atq; eruditi in sedibus milites Romani, siue legionarij, siue auxiliares, siue equites fuerint, cū ad expeditionem ex diuersis conuenerint locis, emulatione virtutis, p̄lium magis necesse habeant optare per ocium. Nemo cogitat de tumultu, qui fiducia de arte vel viribus gerit. Dux autem esse debet attentus, vt in omnibus legionibus siue auxilijs, vel vexillationibus, à tribunis, vicarijs principibūsq; si qui turbulēti vel seditiosi fuerint milites, non pro inuidia suggerentiū, sed pro rerū veritate cognoscat, eosq; prudētiori cōsilio segregatos à castris, ad agendū aliqd quod ipsis propè videatur optabile: aut ad castella vrbēsq; deputet muniendas atq; seruandas, tanta subtilitate, vt cū abijciuntur, videantur electi. Nunq̄ enim ad contumaciā pari consensu multitudo prorūpit, sed incitātur à paucis qui vitiorū scelerūq; impunitate sperant peccare cū plurimis. Quòd si fieri medicinam necessitas extrema p̄suaserit, rectius est more maiorū in autores criminū vīdicari: ad omnes metus, ad paucos p̄na perueniat. Laudabiliores tamē duces sunt, quorum exercitus ad modestiam labor & vsus instituit, quàm illi quorum milites ad obedientiam, suppliciorum formido compellit.

Signa vocalia.

Signorum militarium quot sint genera. Cap. V.

**M**ulta quidem sunt ediscenda atq; obseruanda pugnātibus: siquidē nulla sit negligētię venia, vbi de salute certatur. Sed inter reliqua nihil magis ad victoriam proficit, q̄ monitis obtemperare signorum. Nā cū voce sola inter p̄liorū tumultus regi multitudo non possit, & cū pro necessitate rerū plura ex tempore iubenda atq; faciēda sint, antiquus omniū gentiū vsus inuenit, quomodo quod solus dux vtile iudicasset, p̄ signa tot⁹ agnosceret & sequeretur exercitus. Tria itaq; genera cōstat esse signorū, vocalia, semiuocalia muta. Quorum vocalia & semiuocalia percipiūtur auribus: Muta verò referuntur ad oculos. Vocalia dicūtur quę voce humana pronūciātur, sicut in vigilijs vel in p̄lio p̄ signo dicitur: vt puta, victoria, palma, virtus, deus nobiscū, triūphus Imperatoris, & alia quęcunque voluerint dare ij qui in exercitu habent



habent maximã potestãtẽ. Sciendũ tamen est, ista vocabula quotidie debere variari, ne ex vsu hostes signũ agnoscat, & exploratores inter nostros versentur impunẽ. Semiuocalia sunt quæ per tubã, aut cornua, aut buccinã dantur. Tuba quæ directã est, appellatur. Buccina, quæ in semetipsam æreo circulo fluctitur. Cornu quod ex vris agrestibus, argento nexũ, temperatũ arte, & spiritu, quẽ canentis flatus emittit, auditur. Nã indubitatis per hæc sonis agnoscit exercitus, vtrũ stare aut progredi, an certẽ regredi oporteat: vtrũ longẽ persequi fugiẽtes, an receptui canere. Muta signa sunt aquilẽ, dracones, vexilla, flãmule rufẽ, pinne. Quocunq; enim hæc ferri iusserit ductor, eò necesse est signũ suũ comitãtes milites pergãt. Sũt & alia muta signa, quæ dux belli in equis, aut indumentis, & etiã in ipsis armis, vt dignoscatur hostis, præcipit custodiri. Præterea manu aliquid, vel flagello, more barbarico, vel certẽ mota qua vtitur veste, significat. Quæ oĩa in sedib; itinerib; in omni exercitatione castrẽsi, vniuersi milites & sequi, & intelligere cõfuescãt. Cõtinu; enim vsus necessari; videtur in pace eius rei, quæ in prælij cõfusione seruãda sit. Itẽ mutũ & cõmune signũ est, quotiens proficiscente turba excitatus puluis ad similitudinem nubiũ surgit, hostiumq; prodit aduentum: similiter si diuisẽ sint copiar, per noctem flãmæ, per diem fumus significat sociis quod aliter nunciari non potest. Aliquãdo in castellorum aut vrbium turribus appendunt trabes: quibus aliquando erectis, aliquando depositis indicant quæ geruntur.

Quãta sit seruãda cautela, cùm vicinis hostib; mouetur exercit;. Cap. VI.

**Q**ui rem militarem studiosius didicerunt, asserunt plura in itineribus, quã in ipsa acie pericula solere contingere. Nã in conflictu armati sunt omnes milites & hostem cominus vident, & ad oppugnandum animo veniunt parati. In itinere autem minus armatus minusq; attentus est miles, & superuentus impetu vel fraude repentẽ turbatur. Ideo omni cura, omniq; diligentia providere dux debet, ne proficiscẽs patiatur incursum, vel si non facile, at sine damno repellat illatum. Primum itineraria omnium regionũ, in quibus bellum geritur, plenissimẽ debet habere perscripta: ita vt locorum interualla, nõ solum passuum numero, sed etiam viarum qualitates perdiscat: cõpendia, diuerticula, montes, flumina, ad fidem descripta consideret: vsque eo, vt solertiores duces, itineraria prouinciarum, in quibus necessitas geritur, non tantũ adnotata, sed etiam picta habuisse firmentur, vt non solum consilio mentis, verũ aspectu oculorum viam profecturis eligerent. Ad hæc à prudentioribus & honoratis locorumque gnaris, separatim debet vniuersa perquirere, & veritatem colligere de pluribus. Præterea sub periculo eligendarũ viarum, duces idoneos, scientesque percipere, eosque custodiẽ mãcipare, addita poenæ contestatione vel præmij. Erunt enim vtiles, cùm intelligent nec fugiendi sibi copiam superesse, & fidei præmium, perfidiæ parata supplicia. Prouidendum quoque vt sapientes exercitatique quærantur, ne duorum aut trium error discrimen pariat vniuersis. Interdum autem imperita rusticitas plura promittit, & credit se scire quæ nescit. Sed cautelæ caput est, vt ad quæ loca vel quibus itineribus sit profecturus exercitus, ignoretur. Tutissimum

Tessera  
mutanda.  
Signa semi-  
uocalia.  
Tuba.  
Buccina.  
Cornu.

Signa muta

itineraria

mutanda

nanq; in expeditionibus creditur faciēda nesciri. Ob hoc veteres Minotauri signū in legionibus habuerunt, vt quēadmodū ille in intimo & secretissimo labyrintho abditus perhibetur, ita ducis cōsiliū semper esset occultum. Secutum iter agitur, quod agēdum hostes minimē suspiciātur. Verūm, quia exploratores altrinsecus missi, p̄fectionem suspicionibus vel oculis deprehēdunt, & interdum transfuge p̄ditorsq; non desunt, quēadmodū occurri ingruentibus debeat, intimetur. Dux cū agmine exercitus profecturus, fidelissimos, argutissimosq; cum equis probatissimis mittat, qui loca, per quę iter faciēdū est, in p̄gressu & à tergo, dextra, leuāq; perlustrēt, ne aliquas aduersarij moliātur insidias. Tutius autē operantur exploratores noctibus quā diebus. Nā quodāmodō ipse sui proditor inuenitur, cur<sup>o</sup> speculator fuerit ab aduersarijs deprehensus. Primi ergo equites iter arripiant, inde pedites: impedimēta, sagittarij, calones, vehiculāq; in medio collocētur, ita vt expedita pars peditū & equitū subsequatur. Nā ambulantes, interdum quidē à fronte, sed frequentius à tergo superuentus infertur. A lateribus quoq; pari armatorū manu impedimenta claudēda sunt. Nā insidiatores in alio loco impulsant, trāuerso frequenter incursu. Illud quoq; p̄cipuē obseruādum est, vt ea pars ad quā hostis vēturus creditur, oppositis electissimis equitib<sup>o</sup> & leui armatura, nec nō etiā peditib<sup>o</sup> sagittarijs muniatur. Quod si vndiq; circumfunduntur inimici, vndiq; p̄parata debēt esse subsidia. Ne verò repentinus tumultus amplius noceat, antē commonendi sunt milites, vt parati sint animo, vt arma in manibus habeant. Nam in necessitate subita quę cōterrent, prouisa non solent esse formidini. Antiqui diligentissimē p̄cauebant, ne à calonibus interdum vulneratis, interdum timētibus, & sagittarijs clamore pauefactis, pugnantēs milites turbarentur: ne dispersi longius aut conglobati, amplius q̄ expedit impedirent suos, hostib<sup>o</sup>que prodesent. Et ideo ad exemplum militum, etiam impedimenta sub quibusdam signis ordināda duxerunt. Denique ex ipsis calonibus (quos galearios vocant) idoneos ac peritos vsu legebant, quos nō amplius q̄ ducentis sagittarijs puerisq; p̄ficerent. Hisque vexilla dabant, vt scirent ad quę signa deberent impedimenta colligere. Sed pugnatōres ab impedimentis laxamento aliquo diuiduntur, ne cōstipati lædātur in p̄lio, ambulante exercitu. Vt locorū varietas aduenerit, ita defensionis ratio varietur. Nam in campis patentibus equites magis solent impugnare quā pedites. At verò in locis syluestribus vel montosis, siue palustribus pedestres magis formidandæ sunt copiæ. Illud quoq; vitandum, ne per negligentiam alijs festinantibus, alijs tardius incedentibus, interrūpatur acies aut fortē tenuetur. Cōtinuō enim hostes inter prolata peruadūt†. P̄ponendi ergo sunt exercitatissimi campi doctores, vicarij, vel tribuni, qui alacriores tardent, & pigrius incedentes accelerare compellant. Nam qui multū p̄cesserint, superuentu facto, non tam redire quā fugere cupiunt. Qui verò extremi sunt, deserti à suis, vi hostium ac propria desperatione superātur. Sciendum est etiam, quod aduersarij in his locis quæ sibi oportuna intelligunt, subsessas occultius collocant, vel aperto Marte impetum faciunt.

Calones  
Galearij

Interponendi.

Subsessa.

Sed ne

Sed ne secreta noceant, ducis præstat industria, † que omnia prius cõuenit explo-  
 rare. Deprehesa quoq; subseffa, si circũueniatur vtiliter, plus periculi sustinet  
 quàm parabat inferre. Aperta autẽ vis si præparetur in mōtib; altiora loca  
 præmissis sunt præfidiis occupãda, vt cùm hostis aduenerit reperiatur inferior,  
 nec audeat obuiare, cùm tã à frõte q̃ supra caput suũ cernat armatos. Quòd si  
 angustę sint vię, sed ramẽ tutę, meli' est præcedere cū securib; ac dolabris mili-  
 tes, & cum labore vias aperire, quàm in optimo itinere periculũ sustinere. Præ-  
 terea noscere debemus hostiũ cõsuetudinẽ: vtrũ nocte, an incipiẽte die, an hora  
 reficiẽdi, lassiss superuenire cõsueuerint: & id vitare quod illos facturos ex mo-  
 re putamus. Iam verò vtrum peditibus an equitibus, vtrum funditoribus, vtrũ  
 cõtatis, an sagittariis ampli' valeãt, vtrũ numero hominũ an armorũ munitio-  
 ne præcellãt, nos scire cõuenit: & ordinare quod nobis vtile, illis docetur ad-  
 uersum. Tractare quoq;, per diem an per noctẽ iter expediat inchoare: que &  
 quanta locorũ interualla sint, ad quæ cupimus properare: ne æstate aque pe-  
 nuria obsit eũtib; ne hyeme difficiles aut inuię occurrãt paludes, maiorẽsque  
 torrẽtes: & impedito itinere circũueniatur exercit', priusquã ad destinata per-  
 ueniat. Vt nostra cõmoditas est, ista sapiẽter vitare, ita si aduersariorũ imperi-  
 tia vel dissimulatio occasionẽ nobis dederit, nõ oportet dimitti, sed explorare  
 sollicitẽ proditores, ac transfugas inuitare, vt quid hostis moliat, in præsentì  
 vel in futurum possimus agnoscere: paratissque equitibus ac leui armatura am-  
 bulãtes eosdem, vel pabula victũmque quærentes, improviso terrore decipere.

Quemadmodum flumina, quæ maiora sunt, transeantur. Cap. VII.

**I**N transitu fluuiorum grauis molestia negligẽtib; frequenter emergit. Nã  
 si quã aqua violentior fuerit, aut alueus latior, impedimẽta, pueros, & inter-  
 dum ipsos ignauos solet mergere bellatores. Ergo explorato vado, duæ acies  
 equitum, electis animalibus ordinantur, interuallis cõpetentibus separatę, vt  
 per mediũ pedites & impedimenta transeant. Nã acies superior, aquarũ impe-  
 tum frangit: inferior, qui rapti submersique fuerint, colligit atque transponit.  
 At cū altior fluctus nec peditẽ nec equitẽ patiatur, si per plana decurrat, ductis  
 multifariã spargitur fossis, diuisusq; facilẽ trástitur. Nauigio verò amnes, hasti-  
 libus fixis, ac superpositis tabulamentis peruii fiunt: vel certẽ tumultuario o-  
 pere colligatis inanibus cuppis, additissque trabibus transitũ præbent. Expediti  
 verò equites fascēs de cãnis aridis vel vlua facere consueuerũt, super quos lo-  
 ricas & arma, ne inundẽtur, imponũt: ipsi equique natãdo tráseunt, † colliga-  
 tissq; secũ fascēs ptrahũt sarcinis. Sed cõmodius repertũ est, vt monoxylos, hoc  
 est, paulò latiores scaphas, ex singulis trabib; excauatas, p genere ligni & sub-  
 tilitate leuissimas, carpentis, secũ portet exercitus, tabulis pariter & clauis fer-  
 reis præparatis. Ita absq; mora cõstructus pons, & funibus (qui ppterea habẽ-  
 di sunt) vinctus, lapidei arcus soliditatem præstat in tẽpore. Sed instant aduer-  
 sarii ad transitus fluminũ, insidiãsque vel superuentus facere consueuerũt. Ob  
 quam necessitatẽ in vtraque ripa collocantur armata præfidia, ne alueo inter-  
 ueniente, diuisi opprimantur ab hostibus. Cautius tamen est sudes ex vtraque

colligatosq;  
 secũ fascēs  
 ptrahunt  
 ad socios.  
 monoxyli.

parte præfigere ac sine detrimento, si qua vis illata fuerit, sustinere. Quòd si pons non tantùm ad transitum, sed etiam recursum & com meatum necessarius fuerit, tunc in vtroque capite, percussis latioribus fossis, aggerèque constructo, defensores milites debet accipere, à quibus tam diu teneatur, quàm diu necessitas locorum postulabit.

Quemadmodum castra debeant ordinari. Cap. VIII.

**C**onsequēs videtur, itineris obseruatione descripta, ad castrorū (in quibus manendū est) venire rationē. Nō enim belli tēpore ad statua vel ad mansionē murata ciuitas semper occurrit, & incautū est plenūque discriminis, exercitū passim sine aliqua munitione cōsidere: cū militibus ad capiendū cibum occupatis, aut munera facienda dispersis, facile nectātur insidię. Postremò noctis obscuritas, necessitas somni, pascentiū equorū dispersio, occasionē superuentibus præstat. In metādis castris nō sufficit bonū locū eligere, nisi talis sit, vt alter eo nō possit melior inueniri: ne vtilior prætermisus à nobis, & ab aduersariis occupatus, apportet incōmodū. Cauendū quoq; ne per æstatē aut aqua morbosa in proximo, aut salubris aqua sit lōgius: Hyeme, ne pabulatio desit aut lignorū copia: ne subitis tēpestatibus cāpus, in quo manēdū est, soleat inūdari: ne sit in abruptis ac deuiis, & circūsedētib<sup>9</sup> aduersariis difficilis præstetur egressus: ne ex superioribus locis, missa ab hostibus, in eū tela perueniāt. Quibus vt oportet cautē studiosèq; prouisis, pro necessitate loci vel quadrata, vel rotunda, vel trigona, vel oblōga castra cōstitues. Nec vtilitati præiudicat forma. Tamē pulchriora credūtur, quibus vltra latitudinis spaciū tertia pars additur lōgitudini. Ita autē ab agri mensuris podismū mensuræ colligi oportet, vt ad quātitatem cōcludatur exercitus. Nā propugnatores angusta constipāt, & vltra quàm cōuenit latiora diffundūt. Tribus autē modis diffiniunt castra muniri posse. Primū in vnius noctis trāsitū, itineris occupationē leuiorem cū sublatis cespites circūdantur, & aggerem faciūt, supra quem valli, hoc est, fudes vel tribuli lignei per ordinem digerūtur. Cespes autem circūciditur feramentis, qui herbarum radicibus cōtinet terram: fit altus† semissem, latus pedem, lōgus pedem semis. Quòd si terra solutior fuerit, vt ad similitudinem lateris, cespes non possit abscindi, tunc opere tumultuario fossā producitur, lata pedes quinque, alta tres: cuius intrinsecus agger excrescit, vt sine metu securus quiescat exercitus. Statua autem castra æstate vel hyeme, hoste vicino, maiore labore ac cura firmantur. Nam singulę centurię, diuidentibus cāpi doctoribus & principibus, accipiūt pedaturas, & scutis vel sarcinis suis in orbem circa propria signa depositis, cincti gladio, fossam aperiunt, latam aut nouem, aut vndecim, aut tredecim pedibus: vel, si maior aduersariorum vis metuitur, pedibus decem & septem (imparem enim numerum obseruari moris est) tum sepibus ductis vel interpositis stipitibus ramisque arborum, ne facilè terra dilabatur, agger erigitur. Super quem ad similitudinem muri, pinne, & propugnacula cōponuntur. Opus verò centuriones decempedis metiuntur, ne quis minus foderit, aut errauerit alicuius ignauia. Id etiam tribuni circūeunt, nec antè discedunt qui strenui sunt, quàm fuerint omnia perfectā. Ne tamen ali-

quis

Cespes.  
Semis pedē

Statua  
castra.

quis superuentus laborantibus fiat, omnes equites & pars peditum, quæ non operatur, dignitatis priuilegio ante fossam in præcinctu armata consistit, ut ingruentes repellat inimicos. Prima igitur signa locis suis intra castra ponuntur, quia nihil est venerabilius eorum maiestate militibus. Duci prætorium, eiusque comitibus præparatur. Tribunis tabernacula collocantur, quibus per contubernales ad munia deputatos, aqua, lignum, & pabula ministrantur. Tunc pro gradu legionibus & auxiliis, equitibus, & peditibus, loca in quibus papiliones tendant, deputantur in castris: ac de singulis centuriis quaterni equites & quaterni pedites, qui excubium noctibus faciunt, eliguntur. Et quia impossibile videbatur in speculis per totam noctem vigilantes singulos permanere, ideo in quatuor partes ad clepsydram sunt diuisæ vigiliæ, ut non amplius quam tribus horis nocturnis necesse sit vigilare. A tubicine omnes vigiliæ committuntur. Et finitis horis à cornicine reuocantur. Idoneos tamè tribuni & probatissimos eligunt, qui vigilias circumeant, & renunciēt, si qua emerferit culpa, quos circuitores appellant. Nunc militiæ factus est gradus, & circuitores appellantur. Sciendum tamen est, equites extra vallum nocturnas excubias facere debere. Per diem autem castris positos, alii manè, alij post meridiem propter fatigationem hominum equorumque angarias faciunt. Inter præcipua conuenit ducem prouidere siue in castris, siue in ciuitate consistat, ut animalium pascua, subuectio frumenti, cæterarumque specierum, aquatio, lignatio, pabulatio, secuta ab hostium reddatur incurfu. Quod aliter non potest euenire, nisi per loca idonea, qua nostrorum ambulat comitatus, præsidia disponantur, siue illæ ciuitates sint, siue castella munita. Quod si non reperitur antiqua munitio, oportunitis locis circumdata maioribus fossis tumultuaria castella firmantur. Nam à castris diminuto vocabulo sunt nuncupata castella. Intra quæ in angariis aliquanti pedites, equitesque degentes, tutum iter comitatibus præstant. Difficile enim hostis ad ea loca audet accedere, in quibus & à fronte & à tergo nouit aduersarios commorari.

*Prætorium**Vigiliæ**Circuitores  
Circuitores**Angariæ**Castellum  
à castris**Angariæ*

Quæ & quanta consideranda sint, ut intelligatur utrum superuentibus & insidiis, an publico debeat Marte configi. Cap. IX.

Quisquis hos artis bellicæ commentarios, ex probatissimis autoribus breuiatos legere dignabitur, quæ primùm legem prælij, depugnandi que cupit audire præcepta: sed conflictus publicus duarum vel trium horarum certamine diffinitur: postquam partis eius, quæ superata fuerit, spes omnis intercidit. Ideo omnia antè cogitanda sunt, antè tentanda, antè facièda, quàm ad vltimùm veniatur abruptum. Boni enim duces, non aperto Marte prælium, in quo est commune periculum, sed ex occulto semper attentant, ut integris suis, quantum possint hostes interimant certè vel terreant: in qua parte quæ necessaria admodum sunt, ab antiquis reperta perscribam. Præcipua ars & utilitas ducis est, ut adhibitis ex vniuerso exercitu scientibus belli & sapientibus viris, de suis & hostium copiis, sæpius tractet: omni (quam plurimum notet adulatione summotâ, utrum maiorem numerum pugnantium ipse an hostes habeat, utrum ipsius, an aduersariorum homines magis armati sint & muniti. Qui magis exercitati, qui sint in necessita-

necessitatibus fortiores. Querendū est etiā, vtra pars equites, vtra pedites habeat meliores. Sciendūq; in pedibus maximè cōsistere robur exercitus: & inter ipsos equites, qui cōtatis, qui sagittariis antecedāt. Qui plures loricas induerit, quis vtiliores equos adduxerit. Postremò ipsa loca in quibus pugnādū est, vtrum inimicis an nobis videantur accōmoda. Nā si equitatu gaudemus, campos optare debemus: si pedite, loca eligere angusta, fossis, paludib<sup>9</sup>, vel arboribus impedita, & aliquoties mōtosa, cui magis victus abundet quàm desit. Nam fames (vt dicitur) intrinsecus pugnat, & vincit sæpius sine ferro. Maximè autem tractandum est, vtrū protrahi necessitatem expediat, an celerius dimicari: interdum enim sperat aduersarius expeditionem citò posse finiri: & si dilatus fuerit in longum, aut penuria exercitus maceratur, aut desiderio suarū reuocatur ad propria: aut nihil magnū faciēs, per desperationem abire cōpellitur. Tunc fracti labore & tēdio plurimi deserunt, aliquāti produnt, aliquanti se tradunt. Quia aduersis rebus rarior fides est, & nudari incipit qui copiosus aduenerat. Ad rem pertinet nosse qualis ipse aduersarius vel eius comites optimatēsque sint: vtrum temerarij, an cauti, an audaces, an timidi, scientes artem bellicā, an ex vsu temerè pugnātes: quæ gētes cū his fortes, quæ ignauæ pugnauerint: nostra auxilia cuius fidei qualiūque sint viriū, quos illius animos copiæ, quos habeat noster exercitus, quæ pars sibi magis victoriam repromittat. Huiusmodi enim cogitationibus virtus augetur, aut frāgitur. Desperantibus autē crescit audacia adhortatione ducis, & si nihil ipse timere videatur, crescit animus, si ex insidiis vel occasione aliquid fortiter fecerit, si hostibus aduersæ res cœperit euenire, si vel infirmiores aut minùs armatos ex inimicis potuerit superare. Cauendū autē est ne dubitantē aut formidantē exercitū ad pugnam publicam aliquando producas. Interest vtrum tyrones an veteres milites habeas, vtrum antè breue tēpus in expeditionibus fuerint, an annos aliquot in pace durarint. Nā pro tyronibus accipiendi sunt, qui pugnare longo tempore desierunt. Sed cū legiones, auxilia, vel equites ex diuersis aduenerint locis, dux optimus & separatim singulos numeros per tribunos electos, quorū scitur industria, ad omnia genera exercere debet armorū: & post in vnū collectos, quasi depugnatos cōflictu publico exercēbit. Ipse sæpius tentabit quicquid artis possit habere, quid virium, quemadmodū sibi ipsi cōsentiant, vtrum ad tubarum monita, ad signorum indicia, ad præcepta vel nutum suum diligenter obtemperent. Si errant in aliquibus, exerceantur atque doceantur quam diu possint esse perfecti. Si verò in campi cursione, in sagittando, in iaculando, in ordinanda acie ad plenum fuerint eruditi, ne sic quidem temerè occasione captata, ad publicam deducendi sunt pugnam, sed antè minoribus præliis imbuendi. Dux itaque vigilans, sobrius, prudens. tanquàm de ciuili causa inter partes iudicaturus, adhibito consilio, de suis & aduersarii copiis iudicet. Et si multis rebus superior inuenitur, opportunum sibi differat inire cōflictum. Si verò aduersarium intelligit potiolem, certamem publicum vitet. Nam pauciores numero & inferiores viribus, superuentus & insidias facientes, sub bonis ducibus reportauerunt sæpe victoriam.

Quid

Quid oporteat fieri, si quis desuetum à pugna habeat exercitum vel tyronem. Cap. X.

**O**Mnes artes omniâque opera quotidiano vsu & iugi exercitatione proficiunt. Quòd si in paruis verum est, quâto magis decet in maximis custodiri? Quis autem dubitat artē bellicā rebus omnibus esse potiorem, per quā libertas retinetur, & dignitas prouinciæ propagatur, & cōseruatur imperiū? Hāc quōdā relictis doctrinis omnibus Lacedæmonij, postea coluere Romani. Hanc solā hodie quoque Barbari putāt esse seruandā. Cetera autem in hac arte cōsistere omnia, aut per hāc assequi se posse cōfidunt. Hæc dimicaturis est necessaria, per quam vitā retineant, & victoriam cōsequantur. Dux ergo cui tātæ potestatis insignia tribuuntur, cuius fidei atque virtuti possessorum fortunæ, tutela vrbium, salus militum, reip. creditur gloria, nō tantum pro vniuerso exercitu, sed etiā pro singulis cōtubernalib<sup>9</sup> debet esse sollicitus. Si quid enim illis eueniat in bello, & ipsius culpa & publica videtur iniuria. Ergo si tyronem, vel diu armis desuetum ducit exercitum, singularum legionum siue auxiliorum, necnō etiā vexillationum vires, animos, cōsuetudinē, diligenter exploret. Sciat etiā (si potest fieri) nominatim quis comes, quis tribunus, quis domesticus, quis contubernalis, quantum possit in bello, auctoritatēq; maximā seueritate sumat, oēs culpas militares legibus vindicet, nulli erratiū credatur ignoscere, in diuersis locis ex diuersis occasionibus oīm experientia præcipiat. His (vt oportet) ita curatis, cum dispersi ad prædādū securi oberant hostes, tunc probatos equites vel pedites cū tyronibus, aut inferioribus mittat, vt ex occasione, fuis inimicis, & illis peritia, & reliquis crescat audacia. Ad transitus fluuiorū, ad præcipitia mōtium, ad syluarū angustias, ad paludum aut viarum difficultates, superuentus nullo sciente disponat, atq; iter suum ita tēperet, vt aut cibū capientes, aut dormientes, aut vacātes certē, securos, inermes, discalciatos, districtis equis, nihil suspiciātes ipse paratus inuadat, quatenus in huiusmodi certaminibus sui fiduciā colligant. Nā qui ante longū tempus, aut omnino nunquā videre homines vulnerari, vel occidi, cū primū aspexerint, perhorrescunt: & pauore confusi, de fuga magis quàm de cōflictu incipiūt cogitare. Præterea, si excurrāt aduersarij, longo itinere fatigatos aggrediatur, & vltimus aut certē insperatus superueniat. Eos etiā q̄ lōgè à suis aut pabuli aut prædę gratia cōmorantur, subitō occupet cū delectis. Illa enim antè tentanda sunt, quæ si malè cesserint, minus noceāt: si bene, plurimū profint. Inter hostes discordiarum serere causas sapientis est ducis. Nulla enim, quæ sit minima natio, citò potest ab aduersariis deleri, nisi proprijs simultatibus seipsa consumpserit. Nam sic ciuile odium ad inimicorum perniciem præceps est, ad vtilitatem suæ defensionis incautū. Vnū illud in hoc opere prædicādū est, vt nemo desperet fieri posse quę facta sunt. Dicat aliquis Multi sūt anni, quibus nullus fossa, aggere, vallo, māsūrū circūdat exercitū. Respōdebitur, si fuisset ista cautela, nihil nocturni aut diurni supuent<sup>9</sup> hostiū nocere potuisset. Persę imitātes Romanos, ductis fossis castra constituunt: & quia

Lacedæmonij

Persarum  
mos in fossis  
ducēdis.

quia arenosa sunt ppè omnia, faccos, quos inanes portauerát ex puluerulèta (quæ ibi effoditur) terra cõplèt, eorúmque cumulo aggeré faciūt. Omnes barbari carris suis in orbè cõnexis ad similitudinè castrorū, securas à superueniētibz exigūt noctes. Veremur ne discere nequeamus, quæ à nobis alij didicerūt? Hæc ex vsu librisque discenda, quæ antea seruabātur, sed omisã diu nemo quæsiuit: quia vigentibus pacis officiis, pcul aberat bellorū necessitas. Sed ne impossibile videatur armorū disciplinā, cuius vsus intercidit, reparari posse, doceamur exēplis. Apud veteres res militaris in obliuionem sepi⁹ venit, sed à libris repetita est, postea ducū auctoritate firmata. Scipio Aphricanus sub aliis imperatoribus Hispanienses exercitus frequēter victos accepit: hos disciplinæ regula custodita, omni opere fossisque faciēdis ita diligēter exercuit, vt diceret fodientes luto inquinari debere, qui sãguine hostiū maderè voluissent. Tum ipse denique Numātinus sic, capta ciuitate, † concremauit, vt nullus euaserit. Metellus in Aphrica Albino imperāte subiugatū accepit exercitū, quem ita emendauit veteribus institutis, & disciplina maiorū, vt postea eos, à quibus subiugū missi fuerāt, superarēt. Cymbri quoque Cepionis & Manilij & Syllani legiones inter Gallias deleuerunt: quarum reliquias cum C. Marius suscepisset, ita erudiuit scientia & arte pugnandi, vt innumerabilē multitudinem nō solum Cymbrorū, sed etiā Teutonū & † Vmbrorum publico Marte deleret. Facilius autem est ad virtutē instruere novos milites quā reuocare perterritos.

superant.

Tigurino-  
rum.

Quæ ipso die procuranda sint vel agantur, quo publica  
committitur pugna. Cap. XI.

magnitudo.

**P**Ræmissis leuioribus artibus belli, ad publici conflictus incertum & fatalem diem nationibus ac populis, ratio disciplinæ militaris inuitat. Nā in euentu aperti Martis victoriæ † plenitudo consistit. Hoc ergo tempore tanto magis duces debent esse solliciti, quanto maior speratur diligentibus gloria, & maius periculū comitatur ignauos: in quo momento peritiæ vsus, pugnandi doctrina, consiliūque dominatur. Veteribus seculis mos fuit, parco cibo curatos milites ad certamen educere, vt citatiores sumpta redderet esca, & longiore cõflictu nō fatigarentur inedia. Præterea obseruandum est præsentibus hostibus, siue ex castris siue ex ciuitate producas ad prælium, ne dum per angusta portarum particulatim procedat exercitus, à collectis & præparatis debilitetur inimicis. Ideoque puidendū est, vt antè omnes milites egrediantur portas, & aciem prius cõstruant, quàm hostis adueniat. Quòd si intra ciuitatem manentibus imparatis aduenerint, aut differatur egressus aut certè dissimuletur: vt quum aduersarii insultare cœperint his quos non putāt exituros, cum ad prædam vel redeundū conuerterint animum, cum ordines soluerint, tunc illis stupentibus lectissimi quique prorumpant, & cõfestim aggrediatur ignaros. Obseruatur autem ne longo spacio fatigentur milites, ne lassos post cursum equos ad publicum prælium cogas: multum virium labore itineris pugnaturus amittit. Quid faciet qui ad aciem anhelus aduentat? Hoc & veteres declinarūt & superiori nostra ætate, cum Romani duces per imperitiam non cauissent (nequid amplius dicam) exercitus perdiderunt.

Impar



Impar enim conditio est, lassum cum quieto, sudantem cum alacri, currentem cum eo qui steterit inire conflictum.

Inuestigandum quid sentiant milites pugnaturi. Cap. xij.

**I**psa die qua certaturi sunt milites, quid sentiant diligenter conuenit explorare. Nam formido vel fiducia ex vultu, verbis, incessu, motibus cernitur. Nec confidas satis, si tyro prælium cupit: inexpertis enim dulcis est pugna. Et noueris te oportere differre, si exercitati bellatores metuerint dimicare. Monitis tamen & oratione ducis exercitui virtus accrescit & animus: præcipue si futuri certaminis talem acceperint rationem, qua speret se facile ad victoriam peruenturos. Tunc inimicorum ignauia, vel error ostendendus est: vel si antea à nobis superati sunt, commemorandum. Dicenda etiam quibus militum mentes odio aduersariorum, in iram, & indignationem moueantur. Animis penè omnium hominum hoc naturaliter euenit, vt trepidet cum ad conflictum venerint. Sine dubio autem formidolosiores sunt, quorum mentes ipse confundit aspectus. Sed hoc remedio formido lenitur, si antequam dimices, frequenter exercitum tuum locis tutioribus ordines, vnde & videre hostem & agnoscere consuescat. Interdum audeat aliquid ex occasione, aut fugent, aut interimant inimicos. Inimicorum mores, aduersariorum arma & equos recognoscant. Nam quæ ex usu sunt, non timentur.

*Formido.*

*Quibus dux exercitū moueat.*

*Remedium in formidine militum.*

Quemadmodum idoneus locus eligatur ad pugnam. Cap. xiiij.

**B**onum ducem conuenit nosse magnam partem victorie, ipsum locum, in quo dimicandum est, possidere. Elabora ergo, vt conferturus manū, primum auxilium capias ex loco, qui tanto vtilior iudicatur, quanto superior fuerit occupatus. In subiectos enim vehementius tela descendunt, & maiore impetu obnitentes, pars altior pellit. Qui aduerso nititur cliuo, duplex subit, & cum loco & cum hoste certamen. Sed illa distantia est, quod si de peditibus tuis victoriam speras contra equites hostium, loca aspera, inæqualia, mōtosa debes eligere. Si verò de equitibus tuis contra aduersariorum pedites victoriam queris, sequi debes paulo quidem editiora loca, sed plana atque patentia, neque syluis, neque paludibus impedita.

Quemadmodum acies debeat ordinari, vt in conflictu reddatur inuicta. Cap. xiiij.

**O**rdinaturus aciem tria debet antè prospicere, solem, puluerem, & vetū. Nā sol ante faciem eripit visum: ventus contrarius tua inflectit ac deprimat, hostium adiuuat tela. Puluis à fronte cōgestus oculos implet & claudit. Hæc momento eo quo acies ordinatur, etiā imperiti vitare solēt: sed duci prouido cauendū est in futurū, ne post paululū accedente die noceat solis mutata conuersio, nec ventus aduersus hora solita eo pugnante nascatur. Ita ergo constituantur ordines, vt hæc post occipitium nostrū sint, & (si potest fieri) aduersariorū impetāt faciem. Acies dicitur exercitus instructus: frōs quæ aduersum hostes

Armatorū  
interstitia

Ferentarij

Fundibula  
tores.

Fustibalus.  
Funditores.

Accensi.

Triarij

hostes spectat. Hęc in publica pugna, si sapienter disponitur, plurimū iuuat: si imperitè, quibus optimi bellatores sint, mala ordinatione frāguntur. Instructionis lex est, ut in primo exercitati & veteres milites collocentur, quos antea principes vocabāt. In secundo ordine circūdati cataphractis sagittarij, & optimi milites cū spiculis vel lāceis ordinētur, quos prius hastatos vocabāt. Singuli autē armati in directū ternos pedes inter se occupare consueuerunt, hoc est, in mille passibus mille sexcenti sexaginta sex pedites ordinātur in lō gum: ut nec acies interluceat, & spacium sit arma tractādi. Inter ordinem autem & ordinē à tergo in latum sex pedes distare voluerūt, ut haberēt pugnātes spacium accedendi atque recedendi: vehementius enim cum saltu cursuq; tela mittūtur. In his duobus ordinibus & etate maturi, & vsu cōfidētes, & muniti grauioribus etiam armis collocantur. Hi enim adinuicem muri, nec cedere, nec sequi aliquando cogendi sunt, ne ordines turbent: sed venientes aduersarios excipere, & stando pugnandōq; repellere vel fugare. Tertius ordo disponitur de armaturis velocissimis, de sagittarijs iuuenibus, de bonis iaculatoribus, quos antea ferentarios nominabāt. Quartus item ordo cōstruitur de scutatis expeditissimis, de sagittarijs iunioribus, de his qui acriter verutis vel martiobarbulis (quas plumbatas nominant) dimicant, qui dicebantur leuis armatura. Sciendū ergo est, stantibus duobus primis ordinibus, tertium & quartum ordinem ad puocandū cū missilibus & sagittis primo loco semper exire. Quòd si hostes in fugā vertere potuerint, ipsi cū equitibus psequūtur. Si verò ab hostibus pulsi fuerūt, redeunt ad primā & secundam aciem, & inter ipsos recipiunt se ad loca sua. Prima autem & secunda acies cum ad spathas & pila (ut dicitur) ventum fuerit, totum sustinet bellum. In quarta acie ponebantur interdum carrobalistę, manubalistarij, fundibulatores, funditores. Fundibulatores sunt qui lapides fustibalis iaciunt. Fustibalus fustis est lōgus pedibus 4 cui per mediū ligatur funda de corio: & vtraq; manu impulsus, propè instar onagri dirigit saxa. Funditores sunt qui fundis ex lino vel fetis factis (has enim dicūt esse meliores) contorto circa caput brachio dirigūt saxa. Quibus scuta deerant, siue lapidibus manu iactis, siue missilibus in hoc ordine dimicabant, quos accensos, tanquā iuniores & postea additos nominabant. Sextus ordo post omnes à fortissimis, & scutatis, & omni genere armorum munitis bellatoribus tenebatur, quos antiqui Triarios appellabant. Hi, ut requieti & integri acrius inuaderēt hostes, post vltimas acies sedere cōsueuerant. Si quid enim primis ordinibus accidisset, de horum viribus reparationis spes tota pendebat.

Ratio podismi quantum spacium in acie inter singulos homines in lōgū, vel in latum inter singulos ordines debeat custodiri. Cap. xv.

**E**Xplanato autem qualiter debeat instrui acies, nunc podismū mēsurāque ipsius ordinationis exponā. In mille passibus cāpi, vna acies mille sexcentos sexaginta sex suscipit pedites: propterea quia singuli pugnatōres ternos occupāt pedes. Quòd si sex acies in mille passib<sup>o</sup> cāpi volueris ordinare, nouē millia nōgēti nonagīta sex pedites sūt necessarij. Si autē in ternos ordīes hūc

numerum

numerū volueris tendere, duo millia passuū cōprehendes. Sed melius est plures acies facere, q̄ milites † spargere. Senos autem pedes à tergo inter singulas acies in latū diximus patere debere, & ipsi bellatores stantes singulos obtinēt pedes. Ideoq̄ue si sex acies ordinaueris, quadraginta & duos pedes in latum, & mille passus in longum, 10000 hominum tenebit exercitus. Si autē in ternos ordinare volueris 21 pedes in latum, & duo millia passuum in longum, 10000 tenebit exercitus. Ad hanc rationem siue 20000, siue 30000 peditum fuerint iuxta mensuram podismi, sine aliqua dubitatione difficultatis poterunt ordinari, nec dux fallitur cum sciat qui locus quātos possit capere armatos. Denique si angustior locus sit, vel multitudo sufficiat, iam inde nouem vel amplius acies ordinari conuenit. Magis enim expedit, vt cōferti pugnent, quā longius separati à suis. Nam si nimium fuerit acies attenuata, citò ab aduersarijs facta impressione perrumpitur, & nullum postea poterit esse remedium. Qui autem numeri in dextro cornu, qui in sinistro, qui in medio debeant ordinari, vel iuxta dignitates eorum seruatur ex more, vel certè pro qualitate hostium commutatur.

expandere

De equitibus ordinandis.

Cap. xvij.

**C**onstructa acie peditum, equites ponuntur in cornibus, ita vt loricati omnes, & contati iuncti sint peditibus. Sagittarij autem, vel qui loricis nō habent longius euagentur. A fortioribus nanq; equitibus, peditum protegenda sunt latera: & à velocioribus atq; expeditis, hostium cornua perfindenda sunt atque turbanda. Scire dux debet cōtra quos grumos, hoc est, globos hostium, quos equites oporteat ponere. Nā nescio qua occulta ratione, immo penè diuina, alij contra alios dimicant melius: & qui fortiores vicerāt, ab inferioribus sæpe vincuntur. Quòd si equites impares fuerint, more veterū velocissimi cum scutis leuibus pedites, ad hoc ipsum exercitati iisdem miscendi sunt, quos expeditos velites nominabant. Quo facto quāuis fortissimi hostium venerint equites, tamē aduersus mixtum agmen pares esse nō possunt. Vnum hoc remedium duces veteres inuenerunt, vt assuefacerēt iuuenes currentes egregiè, & inter binos equites, singulos ex his pedites collocarent, cū leuioribus scutis, gladijs, atque missilibus.

Grumi

Velites

De subsidijs quę post aciem collocantur.

Cap. xvij.

**S**ed optima ratio est, & ad victoriā plurimū confert, vt lectissimos de peditibus, equitibus, cū vicarijs, comitibus, tribunisq; vacātibus, habeat dux post aciem preparatos: alios circa cornua, alios circa mediū, vt sicubi hostis vehementer infistit, ne rūpatur acies prouolent subito, & suppleāt loca: additāq; virtute, inimicorū audaciā frangāt. Hoc primi Lacones inuenerūt, quos imitati sunt Carthaginenses, Romani postea vbiq; seruauerunt. Hac dispositione nulla melior inuenitur. Nā directa acies hoc solū agere debet si potest, vt hostem repellat, aut fundat. Si cuneus agendus sit, aut forfex, supfluos habere debes post aciem, de quibus cuneum aut forficem facias: si ducenda sit Serra, item ex abundantibus ducetur: nā si de loco suo ordinatum militem transferre cœperis, vniuersa turbabis. Si globus hostium separatus, aut alam tuā, aut

I partem

partem aliquã vrgere cœperit, nisi superfluos habeas quos cōtra globos possis opponere, siue equites, siue pedites de acie tuleris, dū aliã vis defendere, aliam periculosius denudabis. Quòd si bellatorum tibi copia nō abūdat, melius est aciem habere breuiorem, dūmodo in subsidijs colloces plurimos. Nā plures circa medias partes campi, ex peditibus bene armatis debes habere lectissimos, de quibus cuneum facias, & statim aciem hostium rumpas. Circa cornua autem de contatis loricatisq; equitibus ad hoc seruatis, & leui armatura peditum, alas hostium circumuenire te conuenit.

In quo loco primus dux stare debeat, in quo secundus,  
in quo tertius.

Cap. xviii.

**D**Vx qui præcipuam sustinet potestatem inter equites & pedites in parte dextra stare consuevit. Hic enim locus est in quo tota acies gubernatur ex quo rectus est liberq; procurfus. Ideo autem in vtrosq; consistit, vt & consilio regere, & autoritate tam equites quàm pedites ad pugnam possit hortari. Hic de equitibus supernumerarijs, mixtis peditibus expeditis, aduersariorum sinistrum cornu, quod contra ipsum stat, circuire & à tergo semper vrgere debet. Secundus dux in media acie ponitur peditū, qui eã sustētet & firmet. Hic fortissimos pedites, & bene armatos de superfluis secū habere debet, de quibus aut ipse cuneum faciat, & hostium aciem rumpat: aut si aduersarij cuneum fecerint, ipse forficem faciat, vt cuneo illi possit occurrere. In sinistra parte exercitus, tertius dux esse debet, satis bellicosus & prouidus, quia sinistra pars difficilior est & velut manca in acie cōsistit. Hic bonos equites supernumerarios & velocissimos pedites secū habere debet, de quib⁹ sinistrum cornu semper extēdat, ne circūueniatur ab hostibus. Clamor autem (quē quidã barritum vocant) prius nō debet attolli, quàm acies vtrāq; se iunxerit. Imperitorum enim vel ignauorum est vociferari de lōgē, cū hostes magis terreantur, si cum telorum ictu clamoris horror accesserit. Semper autem studere debes, vt prior instruas aciem, quàm hostis, quia ex arbitrio tuo potes facere quod tibi vtile iudicas, cū nullus obsistat: deinde & tuis auges cōfidentia, & aduersarijs fiduciam minuis, quia fortiores videntur qui prouocare nō dubitant. Inimici autem incipiunt formidare, qui vident contra se acies ordinari. Huic additur maximum cōmodum, quia tu instructus paratúsq; † ordinantem & trepidum aduersarium præoccupas. Pars enim victorię est inimicum turbare antequam dimices.

*inordinatū*

Quibus remedijs virtuti vel dolis hostium resistatur in acie. Cap. xix.

**E**Xceptis supuenientibus vel incurfionib⁹ repentinis ex occasione, quã nūq̃ dux exercitus amittit, iã in itineribus, fatigatis, in fluminū trāsgressione diuisis, in paludibus occupatis, in iugis montiū laborātibus, in cāpis sparsis, atq; securis in māfione dormiētibus, oportunū præliū semper infertur: cū aliis negotijs occupatus hostis, prius interimatur quàm p̃parare se possit. Quòd si caui sunt aduersarij, & insidiarū nulla sit copia, tūc aduersum præsentēs, scientes, videntésq; æqua cōditione pugnatur. Inde ars belli, non minus in hoc aperto cōflictu, quàm in occultis fraudibus adiuuat eruditos. Cauēdum vel maximè,

maximè, ne ab ala, cornúq; sinistro (quod sæpi⁹ euenit) aut certè dextro (quod tamen rarò contingit) circūueniātur tui à multitudine hostium, à vagantibus globis, quos Grumos vocāt. Quod si acciderit, vnū remedium est, vt alā cornúq; replicas & rotūdes: quatenus cōuersi tui, sociorum terga defendant. Sed & in angulo ipsius extremitatis fortissimi collocētur, quia ibi impetus amplior fieri consuevit. Item aduersum cuneū hostiū, certis resistitur modis. Cuneus dicitur multitudo peditum, quæ iuncta cū acie primo angustior, deinde latior procedit, & aduersariorū ordines rūpit: quia à pluribus in vnum locū tela mittuntur. Quā rem milites nomināt caput porcinum Contra quem ordinatio ponitur: quā forficem vocāt. Nam è lectissimis militibus confertis in V literam ordo cōponitur: & illum cuneum excipit, atq; ex vtraq; parte concludit, quo facto aciem non potest erūpere. Item serra dicitur, quæ à strenuis directā, ante frontem opponitur hostibus, vt turbata acies reparetur. Globus autē dicitur, qui à sua acie separatus, vago superuentu incurfat inimicos, cōtra quē alter populosior vel fortior immittitur globus. Obseruādum quoq; est, ne sub tempore, quo iam committitur pugna, velis ordines commutare, aut de locis suis aliquos numeros ad alia transferre. Statim enim nascitur tumultus atque confusio, & imparatis conturbatisque facilius hostis incumbit.

Cuneus

Caput porcinum  
ForfexSerra  
Globus

Quot generibus pugna publica cōmittatur, & quomodo etiā qui inferior est numero & viribus, valeat victoriā obtinere. Cap. xx.

**D**epugnationū septē sunt genera, quū infesta ex vtraq; parte signa confligunt. Vna depugnatio est fronte longa, quadrato exercitu, sicut etiā nūc p̄p̄e semp̄ solet p̄lium fieri, Sed hoc genus depugnationis periti armorū nō optimū iudicant, quia cū in prolixo spacio tenditur acies, nō æqualis semper cāpus occurrit, & hiat aliquando in medio sinus, aut curuatura fit, & ita in eo loco acies frequenter irrūpitur. Præterea si multitudine aduersarius antecedit, à lateribus aut dextrā aut sinistrā alā circūuenit, in quo periculū magnū est, nisi supnumerarios habeas qui sustineāt, hostēq; repellāt. Hoc genere sol⁹ debet cōfligere, qui & plures & fortes habuerit bellatores, vt ex vtroq; cornu hostē circūueniat, & quasi in sinū sui cōcludat exercitus. Secūda depugnatio est publica, q̄ plurimis melior. In qua si paucos strenuos loco idoneo ordiaueris, etiā si multitudine hostiū & virtute turberis, tamē poteris reportare victoriā. Huius talis est modus. Cū instructę acies ad cōgressum veniūt, tunc tu sinistrā alā tuā à dextra aduersarij tui lōgius separabis, ne vel missilia ad eā vel sagittæ perueniāt. Dextrā autē alā tuā sinistrę alę illius iūge, & ibi primū inchoa p̄liū: ita vt cū peditibus optimis, & p̄batissimis equitibus sinistrā partē illi⁹, ad quā te iunxeris, aggrediaris atq; circūceas, & detrudendo atq; supcurrendo ad hostium terga peruenias. Quod si semel aduersarios exinde pellere cœperis, accedētib; tuis indubitata victoriā cōsequeris, & pars exercitus tui, quā ab hoste submoueris, secura durabit. Ad similitudinem autem A literæ vel libellę fabrilis, acies in hoc dimicandi genere constituitur. Quod si te prior aduersarius fecerit, quos post aciem supernumerarios diximus debere poni, tam equites quàm pedites ad sinistrum tuum colliges cornu, & sic aduersario resistes

magnis viribus, ne arte pellaris. Tertia depugnatio est similis secundæ: sed in hoc deterior, quod à sinistro cornu tuo cum illius incipis dextro cõfigere. Nam quasi mâcus impetus est eorũ, & apertè cum difficultate aggrediuntur hostes, qui in sinistro dimicant cornu. Quod apertius explanabo. Si quãdo alã tuã sinistrã longè habueris meliorẽ, tũc & fortissimos equites peditesq; cõiũge, & in cõgressu ipsam primã applica ad alam hostiũ dexteram, & quantum potes aduersarij dextrã partem pellere & circuire festina. Tu autẽ aliã exercitus partẽ, in qua deteriores bellatores habere te nosti, à sinistra illius longè separa, ne vel gladijs inuadatur, vel ad eã tela perueniãt. In hoc genere cauẽdũ est, ne inimicorũ cuneis trãsuersa tua acies elidatur. Hoc autẽ modo vno casu vtiliter pugnabitur, si aduersarius infirmius dextrũ cornu habuerit, & tu longè fortius sinistrũ. Quarta depugnatio talis est, Cũ ordinaueris acie, ante quadringetos vel quingetos passus, quã ad hostẽ peruenias, nõ sperante eo, subito ambas alas tuas incitare te cõuenit, vt ex vtroq; cornu improuisos hostes vertas in fugã, & celerius victoriam cõsequaris. Sed hoc genus certaminis licet citò superet, si exercitatos fortissimosq; produxerit, tamen periculosum est, quia mediã aciem suã, qui sic dimicat, denudare cõpellitur, & in duas partes exercitũ separare. Et si primo impetu victus nõ fuerit inimicus, habet postea occasionẽ, qua inuadat & diuisa cornua, & mediã acie destitutã. Quinta depugnatio est quartẽ similis. Sed hoc vnũ amplius habet, quia leuem armaturã & sagittarios ante primã acie ponit, vt illis resistentibus nõ possit acies irrũpi. Nam sic de dextro cornu suo, illius sinistrũ: & de sinistro cornu suo, illius dextrũ aggreditur. Quod si fugare poterit, statim vincit: sin minus, media acies illius nõ laborat: quia à leui armatura sagittariisq; defenditur. Sexta depugnatio optima est, & propè similis secundæ, qua vtuntur qui de numero suorũ, & de virtute desperant. Et si bene ordinauerint, quãuis cum paucioribus, semper victoriã cõsequuntur. Nam cum instructa acies ad hostes accedit, dextrã alã tuã sinistrẽ alã hostiũ iunge, & ibi per equites probatissimos & velocissimos pedites incipe præliari. Reliquam autem partem exercitus tui, longissimè à dextra parte illius remove, & directum porrige, quasi veru. Nam si partẽ sinistrã illius & à lateribus & à tergo cõperis cedere, sine dubio vertes in fugam. Aduersarius autem nec de dextra parte sua, nec de media acie potest suis laborantibus subuenire, quia acies tua extenditur, & tota se porrigit ad similitudinem l literẽ, longissimeq; recedit ab hostibus. Quo genere in itineribus sæpe cõfligitur. Septima depugnatio est, quæ loci beneficio adiuuat dimicantem. In hac quoq; & cum paucioribus, & cum minus fortibus poteris aduersarium sustinere, si mõtem, aut mare, aut flumẽ, aut lacũ, aut ciuitatẽ, aut paludes, aut abrupta in parte vna habeas, ex qua hostis non possit accedere, reliquũ exercitũ tuũ directã acie ordines. Sed in illa ala quæ munitionem nõ habet, omnes equites & feretarios ponas. Tunc securius pro tuo arbitrio cum hoste conflagas, quia ab vna parte loci natura te munit, ab aliã duplex propè ponitur equitatus. Illud tamen obseruandum est, quo nihil melius inuenitur, vt siue de dextero cornu tuo cum illius sinistro pugnare volueris, ibi fortissimos ponas: siue de sinistro

stro cum illius dextro, ibi strenuissimos colloces: siue in medio facere cuneos volueris, per quos hostiū acies rumpas, in cuneo exercitatissimos ordines belatores. Victoria enim per paucos fieri consuevit. Tantum est vt electi à duce sapientissimo, in his locis in quibus ratio & vtilitas postulat, ordinentur.

Viam abscedendi ab hostibus dandam, vt delectantur  
facilius fugientes. Cap. XXI.

**P**lerique rei militaris ignari, pleniorē victoriā credūt, si aduersarios aut locorum angustiis, aut armatorum multitudine circūdederint, vt aditū non inueniant abscedendi. Sed clausis ex desperatione crescit audacia, & cum spei nihil est, sumit arma formido. Libēter cupit commori, qui sine dubio scit se esse moriturum. Ideoque Scipionis laudata sententia est, qui dixit, viam hostibus qua fugerent, non esse muniendam. Nam cum abscedendi aditu patefacto, mentes omnium ad præbenda terga consenserint, multi more pecorū trucidantur. Nec insequentium vllum periculū est, cum victi (quibus defendi poterant) arma conuerterint in fugam. Hoc genere quanto maior fuerit exercitus, tanto facilius multitudo prosternitur. Neque enim ibi requirendus est numerus, vbi animus semel territus, non tam tela hostium cupit declinare, quàm vultum. Cæterum clausi, licet exigui numero & infirmi viribus, hoc ipso tamen sunt hostibus pares, quia desperantes sciunt aliud sibi licere non posse. Nam vna salus victis, nullam sperare salutem.

Quemadmodum ab hoste recedatur, si consilium pugnae  
displiceat. Cap. XXII.

**D**igestis omnibus quæ ratio militaris experimentis & arte seruauit, vnum superest docere, quemadmodum recedatur ab hostibus. Nam disciplinae bellicæ & exemplorum periti, nusquam maius periculum imminere testatur. Qui enim ante congressum recedit ex acie, & suis fiduciam minuit & inimicis addit audaciam. Verum quia hoc sæpius necesse est euenire, quibus modis tutò possit fieri, declarandum est. Primùm vt tui nesciāt ideo te recedere, quia declinas inire conflictum, sed credant arte aliqua se ideo reuocari, vt ad opportuniorē locum inuiteretur hostis, vt facilius superetur: aut certè insequentibus aduersariis secretiores collocentur insidiæ. Nam necesse est ad fugam parati sint, qui ducem suum sentiunt desperare. Illud quoque vitandum est, ne hostes te recedere sentiant, & statim irruant. Propterea plerique ante pedites, suos equites posuerunt, vt discurrentes aduersarios videre non sinerent, quando pedites abscedebant. Item articulatim incipiētes à primis, singulas acies subducebant, retróque reuocabant, in gradu suo manentibus reliquis: quos sensim postea celsimèque ad illos iungebant, quos subduxerant. Primùm aliquantulum exploratis itineribus, noctu cū exercitu recedebant: vt hostes die orto, cum intellexissent, non possent comprehendere præcedentes. Præterea leuis armatura præmittebatur ad colles, à quo subito tutò reuocaretur exercitus: & si hostes insequi voluissent, à leui armatura, quæ antea occupauerat locum, additis equitibus fundebatur. Nihil enim periculosius existimatur, quàm, si inconsulte insequentibus, ab his qui in subsessa fuerint, vel antè se parauerint, obuietur.

Hoc tēpus est quo oportunè collocātur insidię, quia aduersum fugiētes, maior audacia & minor cura est. Necessariò autē amplior securitas graui⁹ solet habere discrimē. Imparatis, cibū capiētibus, in itinere lassis, equos suos pascētib⁹, ac nihil tale suspicātibus superuētus assolet fieri. Quod & nobis vitādū est, & hosti in eiusmodi occasionibus pernicies inferenda. Hoc enim casu oppressis, nec virtus potest, nec multitudo prodesse: quia qui in acie publica vincitur pugna, licet & ibi ars plurimūm proffit, tamē ad defensionem suā potest accusare fortunā. Qui verò superuētus & subseffas insidias passus est, culpā suā non potest excusare: quia hoc euitare potuit, & per speculatores idoneos antè cognoscere. Cūm receditur, talis fraus fieri consuevit. Recto itinere pauci equites consequuntur, valida manus occultè per alia mittitur loca: vbi ad agmen inimicorum peruenerunt equites, tentant leuiter atque discedunt. Ille credit quicquid insidiarum fuerat præteriisse, & sine cura resoluitur in negligentiam. Tunc illa manus, quæ secreto itinere destinata fuerat, superueniens opprimit ignorantes. Multi cūm ab hoste discedunt, si per syluas ituri sunt, præmittunt qui abrupta vel angusta occupent loca, ne ibidem ab aduersariis patiantur insidias. Et rursus post se præcisas arboribus vias claudunt, quas cōpedes vocant, vt aduersariis facultatem adimant persequendi, & penè vtrique parti in itinere ad subseffas communis occasio est. Nam qui præcedit, oportunis vallibus, vel syluosis montibus, quasi post se relinquit insidias, in quas cū inciderit inimicus, recurrit ipse & adiuuat suos. Qui verò sequitur auersis semitis, longè antè destinat expeditos, & præcedendo aduersarium arcet à transitu, vt deceptum à tergo & à fronte concludat. Dormientibus noctu aduersariis, & qui præcesserit potest regredi, & qui sequitur, quantumuis intersit, potest superuenire per fraudem. In transfretatione fluuiorum, qui præcedit, illam partem tentat opprimere, quæ præmissa transierat, dum reliqui aluco separantur. Qui autem festinato itinere sequitur, illos qui non potuerunt transire, conturbat.

De camelis & cataphractis equitibus. Cap. XXIII.

**C**amelos aliquātē nationes apud veteres in acie produxerūt, vt Vrsiliani in Africa, Macetes hodie quoq; producūt. Sed hoc genus animalium arenis & tolerādē siti aptū, cōfusas etiā in puluere v̄to vias absq; errore dirigere memoratur. Ceterū præter nouitatē, si ab insolitis dimoueatur inefficax bello est. Cataphracti equites propter munimina quæ gerunt, à vulneribus quidem tuti, sed propter impedimētum & pondus armorū, capi eos facile est: & laqueis frequenter obnoxij, contra dispersos pedites, quàm contra equites in certamine meliores: tamen aut ante legiones positi, aut cum legionariis mixti, quando cominus (hoc est manu ad manum) pugnatur, acies hostium sæpe rumpūt.

Quomodo quadrigis falcatis, vel elephantis in acie possit obsisti. Cap. XXIII.

**Q**uadrigas falcatas in bello rex Antiochus & Mithridates habuerūt. Quæ vt primūm magnū in acie intulere terrorem, ita postmodū fuere derisui. Nam difficilile currus falcatus planum semper inuenit agrum, & leui impedimento retinetur: vnoq; afflicto aut vulnerato equo decipitur. Sed maximè hac

Romanorum



Romanorum militum arte perierunt. Vbi ad pugnam ventum est, repente toto campo Romani tribulos abiecerunt, in quos currentes quadrigæ cum incidissent, deletæ sunt. Tribulus autem est quatuor palis confixum propugnaculum, quod quomodo abieceris, tribus radiis stat, & erecto quarto infestum est. Elephantum in præliis magnitudine corporum, barritus horrore, formæ ipsius novitate, homines equosque conturbant. Hos contra Romanum exercitum primus in Lucania rex Pyrrhus eduxit. Postea Hannibal in Africa. Rex Antiochus in oriente, Jugurtha in Numidia copiosos habuerunt, aduersus quos diuersa resistendi excogitarunt genera armorum. Nam & Centurio in Lucania gladio manum (quam promuscidem vocant) vni abscidit, & bini cataphracti equi iungebantur ad currum, quibus insidentes clibanarij, sarissas, hoc est, longissimos contos in elephantos dirigebant. Nam muniti ferro, nec à sagittariis, quos vehebant beluæ, ledentur, & earum impetum equorum celeritate vitabant. Alij contra elephantos cataphractos milites immiserunt: ita ut in brachiis eorum, & in cassidibus vel humeris, aculei ingentes ponerentur è ferro, ne manu sua elephas bellatorem contra se venientem posset apprehendere. Præcipue tamen velites antiqui aduersum elephantos ordinarunt. Velites autem erant iuvenes, leui armatura, corpore alacri, qui ex equis missilia optimè dirigebant. Hi equis præcurrentibus ad latiores lanceas vel maiora spicula beluas occidebant: sed crescente audacia, postea collecti, plures milites pariter pila, hoc est, missilia, in elephantos congeriebant, eosque vulneribus elidebant. Illud tamen additum est, ut funditores cum fustibalis & fundis, rotundis lapidibus destinatis, Indos (per quos regentur elephanti) cum ipsis turribus affligerent atque mactarent, quo nihil tutius inuenitur. Præterea venientibus beluis, qua irrupissent aciem, spacium milites dabant. Quæ cum in agmen medium peruenissent, circumfusis vndique armatorum globis, cum magistris absque vulneribus capiebantur illæ. Carrobalistas aliquanto maiores (hæ enim longius & vehementius spicula dirigunt) superpositas curriculis, cum binis equis aut mulis post aciem ordinari conuenit, & cum sub iactu teli accesserint, bestia sagittis balistariorum transfiguntur. Latius tamen & firmitus contra eas præfigitur ferrum, cum in magnis corporibus maiora sint vulnera. Aduersum elephanthos plura exempla & machinamenta retulimus, ut si quando necessitas postulauerit, sciatur quæ sint tam immanibus beluis opponenda.

Quid fieri debeat, si vel pars vel totus exercitus fugerit. *Cap. XXV.*

Sciendum verò est, si pars exercitus vicerit & pars fugerit, minimè desperandum, cum in eiusmodi necessitate, ducis constantia totam sibi possit vindicare victoriã. Innumerabilibus hoc accidit bellis, & pro superioribus sunt habiti qui minimè desperarunt. Nam in simili conditione fortior creditur, quem aduersa non frangunt. Prior ergo de cæsis hostibus spolia capiat, & quod ipsi dicunt, colligat campum, prior clamore ac buccinis exultare videatur. Hac fiducia perterrebit inimicos, ita suis fiduciam geminabit, quasi victor ex omni parte discesserit. Quod si aliquo casu omnis acie fundatur exercitus perniciose clade, tamen reparacionis multis fortuna non defuit, & medicina quaerenda est.

Dux ergo prouidus sub ea cautela publico debet Marte configere, ut si quid pro varietate bellorum, vel conditionis humanæ secus acciderit, absque graui detrimento liberet victos. Nam si vicini fuerint colles, si post terga munitio, si ceteris abscedentibus fortissimi quique restiterint, se suosque seruabunt. Frequenter iam fusa acies, dispersos ac passim sequentes, reparatis viribus interemit. Nam nunquam exultantibus maius solet esse discrimē, quàm cum ex subita ferocia subito in formidinem commutantur. Sed quicumque conuentus fuerit, colligendi sunt superstites, bello erigendi adhortationibus congruis & armorum instauratione refouendi. Tunc noui delectus, noua quærentur auxilia: & (quod amplius prodest) captatis occasionibus in ipsos victores per occultas insidias impetus faciendus est, ac sic audacia reparanda. Nec oportunitas deerit, cum pro felicitate superbis & incautius mentes efferantur humanæ. Si quis hunc casum vltimum putat, cogitet euentus omnium præliorum, inter initia contra illos magis fuisse, quibus victoriâ debebatur.

Regulæ bellorum generales. Cap. XXVI.

**I**N omnibus præliis expeditionis conditio talis est, ut quicquid tibi prodest, aduersario noceat: quod illum adiuuat, tibi semper officiat. Nunquam igitur ad illius arbitrium aliquid facere, aut dissimulare debemus, sed id solum agere, quod nobis vtile iudicamus. Contra te enim incipis esse, si imiteris quod fecit ille pro se: & rursus quicquid pro tua parte tentaueris, contra illum erit, si voluerit imitari. In bello, qui plus in angariis vigilauerit, plusque in exercendo milite laborauerit, minus periculum sustinebit. Nunquam miles in aciem producendus est, cuius antea experimenta non ceperis. Aut inopia, aut superuentibus, aut terrore melius est hostem domare, quàm prælio: in quo amplius solet fortuna potestatis habere quàm virtus.

Nulla cōsilia meliora sunt, quàm illa quæ ignorauerit aduersarius antequam facias.

Occasio in prælio amplius solet iuuare quàm virtus.

In sollicitandis suscipiendisque hostibus, si cum fide veniant, magna fiducia est: quia aduersarium amplius transfugæ frangunt quàm perempti.

Melius est post aciem plura seruare præsidia, quàm latius militem spargere.

Difficile vincitur, qui vere potest de suis & de aduersarij copiis iudicare.

Amplius valet virtus, quàm multitudo.

Paucos viros fortes natura præcreat, bona institutione plures reddit industria.

Exercitus labore proficit, ocio confenescit.

Nunquam ad certamen publicum produxeris militem, nisi cum eum videris sperare victoriam.

Subita conterrent hostes, visitata vilescunt.

Qui dispersis suis inconsulte insequitur, quàm ipse acceperat, aduersario vult dare victoriam.

Qui frumentum necessariumque comæatum non præparat: vincitur sine ferro.

Qui multitudine & virtute præcedit, quadrata dimicet fronte, qui primus est modus.

Qui imparē se iudicat, dextro cornu suo sinistro cornu pellat inimici, qui est

secundus

cundus modus.

Qui sinistram alam fortissimam habere se nouerit, dextram alam hostis inuadat, qui est tertius modus.

Qui habet exercitatissimos milites, in utroq; cornu pariter prælium debet incipere, qui est quartus modus.

Qui leuem armaturam optimè regit, utranq; alam hostis inuadat, ferè tarijs ante mediam aciem constitutis, qui est quintus modus.

Qui nec numero militum, nec virtute cõfidit, si depugnaturus est, de dextra sua sinistram alam hostium pulset, reliquis suis porrectis in similitudinem veru, qui sextus est modus.

Qui pauciores infirmioresq; habere se nouit, septimo modo ex vno latere aut môtè, aut ciuitatè, aut mare, aut fluuiũ, aut aliquod debet habere subsidiũ.

Qui confidit equitatu, altiora loca quærat equitibus, & rem magis per equites gerat.

Qui confidit pedestribus copijs, altiora loca peditibus quærat: & rem magis per pedites gerat.

Cùm explorator hostiũ latentè oberret in castris, omnes ad tétoria sua per diem redire iubeantur, & statim deprehenditur explorator.

Cùm cõsiliũ tuum cognoueris aduersarijs proditum, dispositionem mutare te conuenit.

Quid fieri debeat, tractato cũ multis: quid verò facturus sis, cum paucissimis ac fidelissimis, vel potius ipse tecum.

Milites pœna & timor in sedibus corrigunt, in expeditione spes & præmia faciunt meliores.

Boni duces publico certamine nunquam nisi ex occasione, aut nimia necessitate configunt.

Magna dispositio est, hostem fame magis vrgere quàm ferro.


De equitatu sunt multa præcepta, sed cũ hæc pars militiæ, vsu exercitij, armorum genere, & equorum nobilitate profecerit, ex libris nihil arbitror colligendum, cùm præsens doctrina sufficiat.


Quo genere depugnaturus sis, nesciant hostes: ne aliquibus remedijs resistere moliantur.


**D**igesta sunt Imperator inuictè, quæ nobilissimi autores, diuersis pbata tēporibus, per experimentorũ fidem, memoriæ tradiderunt, vt ad sagittãdi peritiam, quã in serenitate tua Persa miratur: ad equitandi scientiam vel decorem, quæ Hunnorũ, Alanorumq; natio velit imitari, si possit: ad currēdi velocitatem, quã Saracenus Indusq; non æquat: ad armaturæ exercitationē, cuius cãpi doctores vel pro parte exempla intellexisse se gaudent, regula præliandi, immo vincendi artificiũ ingeratur, quatenus virtute pariter ac dispositione mirabili, reip. tuæ & Imperatoris officium exhibeas & militis.



















K ij







K iij






































L iij























M

# FLAVII VEGETII

RENATI DE RE MILITARI

Libri Quarti Prologus .

Respublica



Grestem incultamque hominum initio sæculi vitã, à cõmuni-  
 one mutorum animalium vel ferarum, vrbium constitu-  
 tio prima discreuit. In his nomen reip. peperit cõmunis vti-  
 litas. Ideo potentissimę nationes ac principes cõsecrati nul-  
 lam maiorem gloriã putauerũt, quã aut fundare nouas ci-  
 uitates, vel ab alijs conditas in nomen suum sub quadam am-  
 plificatione transferre. In quo opere clemẽtia serenitatis tuę obtinet palmã.  
 Ab alijs enim vel paucę vel singulã, à pietate tua innumerabiles vrbes ita iu-  
 gi labore perfectę sunt, vt non tã humana manu conditę, quã diuino nutu  
 videantur paratę. Cunctos itaq; imperatores fœlicitate, moderatione, casti-  
 monia, exemplis, indulgentia, studiorum amore præcellis. Regni animique  
 tui bona cernimus. Hęc enim anticipare & superior optauit ætas, & extendi  
 in perpetuum ventura desyderat. Quibus rebus tantum vniuerso orbi præsti-  
 tum gratulamur bonum, quantum vel humana mens petere, vel gratia po-  
 tuit diuina conferre. Sed dispositionibus vestrę clementię, quantum profece-  
 rit murorum elaborata constructio, Roma documentum est, quę salutem ci-  
 uium Capitoline arcis defensione seruauit, vt gloriosius postea totius orbis  
 possideret imperium. Ad complementum ergo operis maiestatis vestrę præ-  
 ceptione suscepti, rationes quibus vel nostrę ciuitates defendendę sunt, vel  
 hostium subruendę, ex diuersis autoribus in ordinem digeram: nec laboris  
 pigebit, cum omnibus profutura credantur.

Ciuitates aut opere, aut natura, aut vtroque  
 debere muniri.

Cap. j.



Vrbes atque castella aut natura muniuntur, aut manu, aut vtroque,  
 quod firmitus ducitur. Natura, aut loco edito vel abrupto, aut cir-  
 cunfuso mari siue paludibus vel fluminibus. Manu, fossis, ac mu-  
 ris. In illo naturali beneficio tutissimum eligitur consiliũ, in pla-  
 no queritur fundantis iudustria. Videmus antiquissimas ciuitates ita in cam-  
 pis patentibus constitutas, vt deficiente auxilio locorum, arte tamen & ope-  
 re redderentur inuictę.

Non directos, sed angulosos muros faciendos.

Cap. ij.

Ambitum muri directũ veteres ducere voluerũt, ne ad ictus arietum esset  
 dispositus, sed sinuosis anfractibus iactis fundamētis clausere vrbes, cre-  
 brioręsq; turres in ipsis angulis ediderũt. Propterea, quia si quis ad murũ tali  
 ordinatione cõstructũ, vel scalas, vel machinas voluerit admouere, nõ solũ à  
 fronte, sed etiã à lateribus & propè à tergo veluti in sinũ circumclusus op-  
 primitur.



Quemadmodum murus è terra iungatur aggestus, vt nunquam possit elidi. Cap. III.

**M**Vrus autem vt nunquam possit elidi hac ratione perficitur. Interuallo vicenùm pedum interposito, duo intrinsecus parietes fabricantur. Deinde terra, quæ de fossis fuerit egesta, inter illos mittitur, vectibúsque densatur: ita vt à muro primus paries parum inferior, secundus longè minor ducatur, vt de plano ciuitatis ad similitudinem graduũ quasi cliuo molliúsque ad propugnacula possit ascendi. Quia nec murus vllis potest arietibus rumpi, quem terra confirmat, & quouis casu destructis lapidibus, ea quæ inter parietes densata fuerit, ad muri vicem ingruentibus moles obsistit.

De cataractis, & portis, ne exurantur ab ignibus. Cap. IIII.

**C**Auetur præterea, ne portæ subiectis ignibus exurantur. Propter quod sunt coriis & ferro tegendæ. Sed amplius prodest quod inuenit antiquitas, vt ante portam addatur propugnaculum, in cuius ingressu ponitur cataracta, quæ annulis ferreis ac funibus pendet, vt si hostes intrauerint, demissa eadem extinguantur inclusi. Ita tamen supra portam murus est ordinandus, vt accipiat foramina, per quæ de superiore parte effusa aqua, subiectum extinguat incendium.

De fossis faciendis. Cap. V.

**F**Ossæ autem ante vrbes altissimæ latissimæque faciendæ sunt, vt nec facile possint coequari repletique ab obsidētibus, & cum aquis cœperint inundari, ab aduersario cuniculum continuari minimè patiatur. Nam duplici modo opus subterraneum peragi, earum altitudine & inundatione prohibetur.

Ne sagittis hostium homines lædantur in muro. Cap. VI.

**F**ormidatur ne multitudo sagittariorum, de propugnaculis exterritis defensoribus, appositisque scalis, occupet murum. Aduersum quod cataractas atque scuta in ciuitatibus debēt habere quàm plurima. Deinde propugnacula duplicia, saga ciliciæque tendantur, impetumque excipiant sagittarum. Nec enim facile transeunt spicula quod cedit ac fluctuat. Inuentum quoque remedium est, vt de ligno crates facerent, quas metellas vocauerunt, lapidibusque complerent: ea arte inter bina propugnacula constitutas, vt si per scalas ascendissent hostes, & partem aliquam ipsius contigissent, supra caput suum † vergerent saxa.

Quibus modis prouidendum sit, ne famem patiantur obsessi. Cap. VII.

**M**ulta defensionum oppugnationumque sunt genera, quæ locis competentibus inseremus. Nunc sciendum est obsidēdi duas esse species. Vnam cum aduersarius opportunis locis præidiis ordinatis, continuis insultibus impugnat obsessos. Alteram cum vel aqua prohibet inclusos, vel deditioem sperat à fame, quando omnes prohibuerit commeatus. Hoc enim consilio, ipse ociosus ac tutus fatigat inimicum. Ad quos casus, possessores, quàmuis leui suspicione pulsati, omnem alimoniam victus intra muros debent studiosissimè collocare, vt ipsis exuberet substantia, aduersarios inopia cogat abscedere.

M ij Non

*non poterit* Non solùm autem porcinum, sed & omne animalium genus, quod inclusum seruari † potest, deputari oportet ad lardum, vt adminiculo carnis frumenta sufficiant. Aues autem cortales & sine expensa in ciuitate nutriuntur, & propter ægrotantes sunt necessariae. Pabula equis congerenda præcipuè, & quæ apportari nequiuerint, exurenda. Vini, aceti, cæterarumque frugum vel pomorum congerendæ sunt copiae, nihilque quod suis proficiat, hostibus relinquendum est. Nam vt hortorum cura in viridariis domorum, vel aries exerceatur, vtilitatis aut voluptatis ratio persuadet. Parum autem proficit plurimum collegisse, nisi ab exordio dimensione salubri per idoneos procuratores erogatio temperetur. Nūquam periclitati sunt fame, qui frugalitatem inter copiam seruare coeperunt. Imbellis quoque ætas ac sexus propter necessitatē victus † foris frequenter exclusa est, ne penuria opprimeret armatos, à quibus sæpe mœnia seruabantur.

*portus*

Quæ species præparandæ sint pro defensione murorum. Cap. VIII.

**E**Xurimenta, bitumen, sulphur, picem liquidam, oleum quod incendiarium vocant, ad exurendas hostium machinas, conuenit præparari. Ad arma facienda ferrum vtriusque temperaturæ, & carbones seruantur in conditis: ligna quoque hastilibus sagittisque necessaria reponuntur. Saxa rotunda de fluuiis quæ pro rotunditate grauiora sunt & aptiora, mittentibus diligentissimè colliguntur, ex quibus muri replentur & turres. Minima etiam fundis siue fustibalis vel manibus iacienda. Maiora per onagros diriguntur. Maxima verò pondere, formæque volubili, in propugnaculis diriguntur, vt dimissa per præceps, non solum hostes obruant subeuntes, sed etiam machinamenta confringant. Rotæ quoque de lignis viridibus ingentissimæ fabricantur, vel intercisi ex validissimis arboribus cylindri (quas taleas vocant) vt sint volubiles læuigantur: quæ per pronum labentia subito impetu bellatores sternunt, e quosque solent deterrere. Trabes quoque & tabulata vel diuersæ magnitudinis clauos ferreos esse oportet in promptu (Nam talibus, oppugnantium machinis per alias machinas consuevit obsisti) præcipuè cum subitis operibus addenda sit muris vel propugnaculis altitudo, ne aduersariorum mobiles turres superemineant & capiant ciuitatem.

Quid faciendum si neruorum defuerit copia. Cap. IX.

**N**eruorum quoque copiam summo studio expedit colligi: quia onagri vel balistæ cæteraque tormenta, nisi funibus neruinis intenta, nihil profunt. Equorum tamen setæ de caudis ac iubis ad balistas vtilis asseruntur. Indubitatum verò est crines fœminarum in eiusmodi tormentis non minorem habere virtutem, Romanæ necessitatis experimento. Nam in obsidione Capitolij corruptis iugi ac longa fatigatione tormentis, cum neruorum copia defecisset, matronæ abscissos crines viris suis obtulere pugnantibus, reparatisque machinis aduersariorum impetum repulerunt. Maluerunt enim pudicissimæ fœminæ deformato ad tempus capite liberè viuere cum maritis, quàm hostibus integro decore seuire. Cornua quoque vel

*Mulierum Romanorum crines.*

cruda

cruda coria proficit colligi ad cataphractas tegendas, aliáque machinamenta siue munimina.

Quid faciendum ne aquæ inopiam patiantur obsessi. Cap. X.

**M**agna urbis utilitas est, cum perennes fontes murus includit. Quod si natura non præstat, cuiuslibet altitudinis effodiendi sunt putei, aquarumque haustus funibus extrahendi. Sed interdum sicciora sunt loca, quæ montibus sunt saxisque munita, in quibus superposita castella extra murum inferiores reperiunt fontium venas, ac de propugnaculis vel turribus destinatis protegunt telis, ut aquatoribus liber præstetur accessus. Quod si ultra iactum teli, in cliuo tamen ciuitatis subiecta sit vena, castellum paruulum (quem Burgum Burgus vocant) inter ciuitatem & fontem conuenit fabricari, ibique balistas sagittariosque constitui, ut aqua defendatur ab hostibus. Præterea in omnibus publicis ædificiis, multisque priuatis, cisternæ sunt diligentissime substituendæ, ut receptacula aquis pluuiialibus, quæ de tectis effluunt, præstent. Difficile enim vincitis eos, qui quamuis exigua aqua ad potum tantum in obsidione sunt vsi.

Si sal defuerit quid faciendum sit. Cap. XI.

**S**i maritima sit ciuitas & sal defuerit, liquor ex mari sumptus, per alueos aliáque patula vasa diffunditur, qui a calore solis duratur in salem. Quod si hostis ab vnda prohibeat (nam hoc sæpe accidit) harenas, quas exagitatum ventis mare superfuderat, aliquando colligunt, & dulci aqua eluunt, quæ sole siccata nihilo minus mutatur in salem.

Quid faciendum cum primo impetu venitur ad muros. Cap. XII.

**V**iolenta autem impugnatio, quando castellis vel ciuitatibus præparatur, mutuo vtrinque periculo, sed maiore oppugnantium sanguine, exercentur luctuosa certamina. Illi enim qui muros inuadere cupiunt, terrifico apparatu expositis copiis, in spem deditiois formidinem geminant, tubarum strepitu hominumque permixto. Tunc, quia timor magis frangit insuetos, primo impetu stupentibus oppidanis, si discriminum experimenta non norunt, dum admotis scalis inuaditur ciuitas, resistere debet omni virtute. Quod si a fidentibus siue militaribus viris repellatur prima congressio, statim clausis crescit audacia, & iam non terrore, sed viribus & arte configitur.

Enumeratio machinarum quibus muri oppugnantur. Cap. XIII.

**A**dmouentur etiam testudines, arietes, falces, vineæ, plutei, muscoli, turres, de quibus singulis qualiter fabricentur, quo etiam pacto prælientur vel repellantur, edisseram.

De ariete, falce, testudine. Cap. XIII.

**D**e materia ac tabulatis testudo contexitur, quæ ne exuratur incendio, coriis vel ciliciis centonibusque vestitur. Hæc intrinsecus accipit trabem, quæ adunco præfigitur ferro, quod Falx vocatur, ab eo quod incurua est, ut de Falx

*Aries.**Testudo.*

muro extrahat lapides: aut certè ipsius caput vestitur ferro, & appellatur Aries: vel quòd habet durissimam frontem, quæ subruat muros: vel quòd more arietum retrocedit, vt cum impetu vehementius feriat. Testudo autem à similitudine veræ testudinis vocabulum sumpsit, quia sicut illa modò reducit, modò profert caput, ita machinamentum interdum reducit trabem, interdum exerit, vt fortius cædat.

De vineis, pluteis, &amp; aggere.

Cap. XV.

*cattos**Plutei-  
caſidis*

**V**Ineas dixerunt veteres, quas nunc militari barbaricòque vsu caufias vocant. E lignis leuioribus machina colligatur, alta pedibus 8, lata pedibus 7, longa pedibus 6. Huius tectum munitione duplici, tabulatis cratibusque contextitur. Latera quoque vimine sepiuntur, ne saxorum telorumque impetu penetrentur. Extrinsecus autem, ne immisso concremetur incendio, crudis ac recentibus coriis vel centonibus operitur. Istæ, cum plures factæ fuerint, iunguntur in ordinem, sub quibus obsidentes tuti ad subruenda penetrant murorum fundamenta. Plutei dicuntur, qui ad similitudinem tabsidis contextuntur è vimine, & ciliciis vel coriis proteguntur, ternisque rotulis, quarum vna in medio, duæ in capitibus apponuntur, in quacunque partem volueris admoventur more carpenti: quos obsidentes applicant muris, eorumque munitione protecti, sagittis siue fundis vel missilibus defensores omnes de propugnaculis ciuitatis exturbant, vt scalis ascendendi facilius præstetur occasio. Agger autem ex terra lignisque extollitur contra murum, de quo tela iactantur.

De Musculis.

Cap. XVI.

*Musculi.*

**M**usculos dicunt minores machinas, quibus protecti bellatores si lutum obsuerit aut ciuitatis fossatum, apportatis lapidibus, lignis, ac terra, non solum complent, sed etiam solidant, vt turres ambulatoriæ sine impedimento iungantur ad murum. Vocantur autem à marinis beluis Musculi. Nā quemadmodum illi, cum minores sint, tamen balenis auxilium adminiculumque iugiter exhibent: ita istæ machinæ breuiores, deputatę turribus magnis, aduentui illarum parant viam, itineraque præmuniunt.

De turribus ambulatoriis.

Cap. XVII.

**T**urres autem dicuntur machinamenta, ad ædificiorum speciem, ex trabibus tabulatisque compacta: & ne tantum opus hostili concremetur incendio, diligentissimè ex crudis coriis vel centonibus communitur, quibus pro modo latitudinis additur altitudo. Nam interdum tricenos pedes per quadrum, interdum quadragenos vel quinquagenos late sunt. Proceritas autem ipsarum tanta sit, vt non solum muros, sed etiam turres lapideas altitudine superent. His plures rotæ mechanica arte subduntur, quarum lapsu volubili magnitudo tam alta mouetur. Præsens autem periculum ciuitatis est, si ad murum fuerit turris admota. Plures enim accipit scalis, & diuerso genere conatur irrumpere. Nā in inferioribus habet arietem, cuius impetu destruit muros, circa verò mediam partem accipit potem, factum de duabus trabibus, septumque  
de vi-

de vimine, quem citò prolatum inter turrim murumque cōstituūt, & per eum ingredientiē de machina bellatores in ciuitatem transeunt, & occupant muros. In superioribus autem turris illius partibus contati & sagittarij collocantur, qui defensores vr̄bis contis, missilibus, saxisque ex alto prosternant. Quo factò ciuitas capitur sine mora. Quid enim auxiliij superest, cum hi qui de murorū altitudine sperabant, repentē supra se aspiciant altiorem hostiū murum?

Quemadmodum ambulatoria turris possit incendi. Cap. XVIII.

**H**ic tam manifesto discrimini occurritur multis modis. Primum si confidentia vel virtus est militaris, eruptione facta, globus egreditur armorum, & vi hostibus pulsus machinamentum illud ingens direptis coriis ignis exurit. Quòd si oppidani exire non audeant, maiores balistas, malleolos, vel phalaricas cum incendio destinant, vt perruptis coriis vel centonibus, intrinsecus flamma condatur. Malleoli velut sagittę sunt, & vbi adheferint (quia ardentēs sunt) vniuersa cōflagrant. Phalarica autem ad modū hastę valido præfigitur ferro, inter tubum & hastile sulphure, resina, bitumine, stupisque conuoluitur infuso oleo, quod incendiarium vocant, quę balistę impetu destinata, prærupto munimine ardens figitur ligno, turritamq; machinam frequenter incendit. Depositi quoque homines funibus, cū hostes dormiunt in lanternis portant lucernas, & incensis machinis rursus leuantur in murum.

Malleoli.  
Phalarica.

Quemadmodum altitudo muris addatur. Cap. XIX.

**P**æterea partem muri, ad quam machina conatur accedere, cāmētò atque lapidibus, vel luto siue lateribus, postremò tabulatis extruendo faciunt altiorem, ne defensores mœnium desuper vr̄bi ventura possit opprimere. Constat autem inefficax machinamētum reddi, si inueniatur in ferius. Verum obsidentes eiusmodi dolum adhibere consueuerunt. Primò talem extruunt turrem, quę propugnaculis ciuitatis videatur inferior. Deinde secretò aliam de tabulatis intrinsecus turriculam faciunt, & cū muris fuerit machina sociata, subitò funibus trocleisq; de medio turricula illa producitur, de qua egredientes armati (quia altior inuenitur) statim capiunt ciuitatem.

Quo pacto fodiat terra, vt machina nocere non possit. Cap. XX.

**I**nterdum longissimas ferratasque trabes opponunt machinę venienti, leamque à muri vicinitate propellunt. Sed cū Rhodiorum ciuitas oppugnaretur ab hostibus, & turris ambulatoria super murorum altitudinem ac turrium omnium pararetur, mechanici ingenio inuentum est tale remedium. Per noctem sub fundamento muri cuniculum fodit, & illum ad quem die postero turris fuerat promouenda, nullo hostium sentiente, egesta terra cauauit intrinsecus: & cū rotis suis moles fuisset impulsā, atque ad locum qui subtus cauatus fuerat venisset, tanto pōdere solo cedente subsedit, vt nec iungi muris, aut moueri vltius potuerit. Ita ciuitas liberata est, derelictaque machina.

Rhodiorū  
astutia.

De sca-

De scalis, sambuca, exoſtra, & tollenone. Cap. XXI.

Capaneus

Sambuca

Exoſtra

Tolleno

**A**dmotis turribus funditores lapidib<sup>9</sup>, ſagittarij iaculis, manubaliſtarij vel arcubaliſtarij ſagittis, iaculatores plūbatis ac miſſilibus, è muris ſubmovent hoſtes Hoc factò, ſcalis appoſitis occupant ciuitatem. Sed qui ſcalis nitūtur, frequenter periculum ſuſtinent, exemplo Capanei, à quo primū hæc ſcalarum oppugnatio perhibetur inuenta: qui tanta vi occiſus eſt à Thebanis, vt extinctus fulmine diceretur. Et ideo ſambuca, exoſtra, & tollenone obſidentes in murum hoſtium penetrant. Sambuca dicitur ad ſimilitudinem citharæ. Nam quemadmodum in cithara chordæ ſunt, ita in trabe, quæ iuxta turrim ponitur, funes ſunt, qui pontem de ſuperiore parte trochleis laxant, vt aſcendat ad murum, ſtatimque de turri exeunt bellatores, & per eam tranſeuntes mœnia vrbiſ inuadunt. Exoſtra dicitur pons quem ſuperius expoſuimus, qui de turri in murum repente protenditur. Tolleno dicitur quoties vna trabs in terram præaltè deſigitur, cui in ſummo vertice alia tranſuerſa trabs longior dimenſa medietate connectitur, eo libramento, vt ſi vnum caput depreſſeris, aliud erigatur. In vno ergo capite cratibus ſiue tabulatis contexitur machina, in qua pauci collocantur armati. Tūc per funes vno attracto depreſſo que, alio capite eleuati imponuntur in murum.

De baliſtis, onagris, ſcorpionibus, arcubaliſtis, fuſtibalibus, fundis, per quæ tormenta defenditur murus. Cap. XXII.

Baliſta

Onager

Scorpiones

**A**duerſum hæc obſeſſos defendere conſueuerunt baliſtæ, onagri, ſcorpiones, arcubaliſtæ, fuſtibaldi, ſagittarij, fundæ. Baliſta funibus, neruis chordiſque tenditur, quæ quanto prolixiora brachiola habuerit, hoc eſt, quanto maior fuerit, tanto ſpicula longius emittit: quæ etſi iuxta artem mechanicam temperetur, & ab exercitatis hominibus, qui meſuram eius antè collegerint, dirigatur, penetrat quodcūque percufferit. Onager autem dirigit lapides, ſed pro neruorum craſſitudine & magnitudine, ſaxorū pondera iaculatur. Nam quanto amplior fuerit, tanto maiora ſaxa fulminis more cōtorquet. His duobus generibus nulla tormentorum ſpecies vehemētior inuenitur. Scorpiones dicebantur quas nunc manubaliſtas vocant: ideo ſic nuncupati, quòd paruis ſubtilibúſque ſpiculis inferant mortem. Fuſtibalos, arcubaliſtas & fundas deſcribere ſuperfluum puto, quæ præſens vſus agnoſcit: ſaxis tamen grauioribus per onagram deſtinatis, non ſolū equi eliduntur & homines, ſed etiam hoſtium machinamenta franguntur.

Aduerſum arietes profunt culcitæ, laquei, lupi, & columnæ grauiores Cap. XXIII.

**A**duerſum arietes etiam vel falces, ſunt plura remedia. Aliquantum cetonas & culcitræ fuſtibus calcant, & illis opponūt locis que cedit aries, vt impetus machine materia molliore fractus, nō deſtruat murū. Alij laqueis captos arietes, per multitudinem hominū de muro in obliquū trahunt, & cum ipſis teſtudinibus euertunt. Plures in modū forficis dentatū funibus alligant ferrum, quod lupū vocant, apprehenſūmq; arietem aut euertunt, aut ita ſuspendunt,

dunt vt impetum non habeat feriendi. Interdū bases columnæ marmoreæ vibrato impetu iaciuntur è muris, arietésque confringunt. Quòd si tanta vis fuerit, vt murus arietib<sup>9</sup> perforetur, & (quod sæpe accidit) decidat, salutis vna spes superest vt destructis domibus alius intrinsecus murus addatur, hostésq; inter binos parietes (si penetrare tentauerint) perimantur.

De Cuniculis per quos murus defoditur. Cap. XXIII.

**A**liud genus oppugnationis est subterraneum atque secretum, quod Cuniculus Cuniculus vocant: à leporibus qui casulas sub terras fodiunt, ibique conduntur. Adhibita ergo multitudine ad speciem metallorū, in quibus auri argentique venas befforum rimatur industria, magno labore terra defoditur, cauatoque specu in exitiū ciuitatis inferna quæritur via: quæ fraus duplicibus operatur insidiis. Aut enim penetrant urbem, & noctu non sentientibus oppidanis egrediuntur per cuniculum, referatísque portis suorum agmen ducunt, hostésque in ipsis domibus perimunt ignorantes: aut certè cū ad murorum fundamenta peruenerint, suffodiunt eorū maximam partem, appositis ficcioribus lignis, ruinámque muri tumultuario opere suspendunt. Sarmenta insuper iungunt, aliáque fomenta flammæ. Tunc præparatis bellatoribus subter ignis immittitur, combustísque columnis ligneis atque tabulatis, muro subito corruente, irruptioni aditus referatur.

Quid facere debeant oppidani, si hostis irruperit ciuitatem. Cap. XXV.

**I**nnumerabilibus declaratur exemplis, sæpe casos ad internicionem hostes, qui inuaserant ciuitatem. Quod sine dubio euenit, si oppidani muros ac turres obtinuerint, vel altiora loca occupauerint. Tunc enim de fenestris ac tectis omnis ætas ac sexus irrupentes obruunt saxis, aliísque generibus telorum: quod ne sustineant obsidentes, portas ciuitatis aperire consueuerunt, vt resistere desinant, fugiendi potestate concessa. Necessitas enim quædam virtutis est, desperatio in hoc casu. Vnum oppidanis auxilium est, siue per diem, siue per noctem hostis intrauerit, vt muros turrésque teneant, ac loca superiora conscendāt, hostésque per vicos & plateas vndique obruant dimicantes.

Quæ sit adhibenda cautela, ne hostes furtim occupent murum. Cap. XXVI.

**F**requenter dolum excogitant obsidentes, ac simulata desperatione longius abeunt. Sed vbi post metum, murorum vigiliis derelictis, requieuerit incauta securitas, tenebrarum ac noctis occasione captata, cum scalis clanculū veniunt, murosque conscendunt. Propter quod maior est adhibenda custodia cū hostis abscesserit, & in ipsis muris ac turribus tuguriola locanda, in quibus vigiles hybernis mensibus ab imbribus vel frigore, æstiuis defendantur à sole. Illud quoque vsus inuenit, vt acerrimos ac sagacissimos canes in turribus nutriant, qui aduentum hostium odore præsentiant, latratúque testentur. Anseres quoque non minore solertia nocturnos superuentus clamoribus indicant. Nam ingressi Capitolinam arcem Galli, Romanum nomen eruerant,

nisi

nisi clamore anserum excitatus Manlius restitisset. Mira diligentia siue fortuna viros, qui vniuersum orbem erant missuri sub iugum, auis vna seruauit.

Quomodo oppidanis inferantur insidiæ. Cap. XXVII.

**N**on solum in obsidionibus, sed in vniuerso genere bellorum, super omnia ducitur, hostium consuetudinem explorare diligenter ac nosse. Oportunitas enim insidiarum aliter non potest inueniri, nisi scias quibus horis aduersarius à laboris intentione discedat, quibus reddatur incautior: interdum medio die, interdum ad vesperum, sæpe nocte, aliquando eo tempore quo sumitur cibus, cum vtriusque partis milites ad requiem aut curanda corpora disperguntur. Quod in ciuitate cum coeperit fieri, obsidentes astute à prælio subtrahunt, vt aduersariorum negligentiam licentiam tribuant. Quæ ipsa impunitate cum creuerit, repente ad motis machinis, vel apposis scalis occupant ciuitatem. Et ideo in muris saxa cæteraque tormenta ponuntur in promptu, vt cognitis insidiis occurrentes, ad manus habeant quod supra capita hostium euoluant atque iaculentur.

Quid faciant obsidentes ne ab oppidanis patiantur insidias. Cap. XXVIII.

**C**um negligentia interuenerit paribus insidiis subiacent obsidentes. Nam siue cibo siue somno fuerint occupati, siue ocio aut aliqua necessitate dispersi, tunc oppidani repente prorumpunt, ignorantes perimunt, arietes, machinas, ipsosque aggeres ignibus concremant, omniaque in perniciem suam fabricata opera subuertunt. Propter hoc obsidentes ultra iactum teli fossam faciunt, eamque non solum vallis & sudibus, sed etiam turriculis instruunt, vt erumpentibus ex ciuitate possint obsistere, quod opus Loriculam vocant, & sæpe cum obsidio describitur, inuenitur in historiis Loricula urbem esse circumdatam.

Loricula

Quo genere tormentorum defendantur ciuitates. Cap. XXIX.

**S**ed ex alto destinata missilia, siue plumbata, vel lancea, veruta, vel spicula sin subiectos vehementius cadunt. Sagitte quoque arcibus missæ, & saxa manibus, fundis, siue fustibalis directa, quanto de excelsiori loco exeunt, tanto longius penetrant. Balistæ verò & onagri, si à peritis diligentissimè temperantur, vniuersa præcidunt, à quibus nec virtus vlla, nec munimina possunt defendere bellatores. Nam more fulminis, quicquid percusserint, aut dissoluere, aut irrumpere consueuerunt.

Quemadmodum mensura colligatur ad scilas vel machinas faciendas. Cap. XXX.

**A**d capiendos muros, scalæ vel machinæ plurimum valent, si ea magnitudine ne compactæ fuerint, vt altitudinè exuperet ciuitatis. Mensura autè colligitur duplici modo: aut enim linum tenue & expeditum vno capite nequitur in sagitta, quæ cum ad muri fastigia directa peruenerit, ex mensura lini, murorum altitudo deprehenditur: aut certè cum sol obliquus umbram turrium murorumque iaculatur in terram, tunc ignorantibus aduersariis, umbræ illius spacium mensu-

ratur



ratur, Itemq; decēpeda figitur, & vmbra illius fimiliter mēfuratur, Quo collecto numero, nemo dubitat ex vmbra decempedæ inueniri altitudinem ciuitatis, cū sciatur quāta altitudo, quātum vmbre mittat in longū. Quæ ad oppugnādas vel defendendas vrbes autores bellicarū artiū prodiderūt, vel quæ recentior necessitatū vsus inuenit, pro publica (vt arbitror) vtilitate digessi, illud iterum iterūque commonens, vt solertissimè caueatur, ne quādo aut potus inopia emergat, aut cibi, quib⁹ malis nulla arte succurritur: ideoq; intra muros tanto plura condenda sunt, quanto scitur clausurę tempus in obsidentium potestate consistere.

## Pręcepta belli naualis.

## Cap. xxxj.

**P**Ręcepto maiestatis tuę, imperator inuicte, terrestris pręlij rationibus absolutis, naualis belli residua (vt opinor) est portio: de cui⁹ artibus ideo pauciora dicenda sunt: quia iam dudum pacato mari, cū barbaris nationibus agitur terrestre certamen. Romanus autem populus pro decore & vtilitate magnitudinis suę, nō propter necessitatē tumultus alicuius classem parabat ex tempore: sed ne quādo necessitatem sustineret, semper habuit preparatā. Nemo enim bello laceßere, aut facere audet iniuriā ei regno vel populo, quę expeditum & prōptum ad resistendum vindicādumq; cognoscit. Apud Misenum ergo & Rauennam singulæ legiones Romani nominis cum classibus stabant, ne longius à tutela vrbis abscederent: & cū ratio postulasset, sine mora, sine circuitu ad omnes mundi partes nauigio peruenirent. Nā Misenatiū classis, Galliam, Hispanias, Mauritaniam, Aphricam, Aegyptum, Sardinia, atq; Siciliam in proximo habebat. Classis autem Rauennatum, Epiron, Macedoniam, Achaia, Propontidem, Pontum, Orientem, Cretam, Cyprum petere directa nauigatione consueuerat: quia in rebus bellicis celeritas amplius solet prodesse quā virtus.

## Nomina iudicum qui pręerant classi.

## Cap. xxxij.

**L**iburnis autem, quæ in Campania stabant, pręfectus classis Misenatum pręerat. Eas verò quæ Ionio in mari locate fuerant, pręfectus classis Rauennatum retinebat, sub quibus erāt deni tribuni per cohortes singulas constituti. Singulę autem Liburnę singulos nauarchos, id est, quasi nauicularios habebant, qui exceptis cæteris nautarum officijs, gubernaroribus atque remigibus & militibus exercendis, quotidianam curam & iugem exhibebant industriam.

Nauarchi  
Nauicularij

## Vnde appellentur Liburnę.

## Cap. xxxiij.

**D**iuersę autē prouincię quibusdā temporibus mari plurimū potuerunt & ideo diuersa eis genera nauium fuerunt. Sed Augusto dimicāte Actiaco pręlio cū Liburnorum auxilijs pręcipuè victus fuisset Antonius, experimēto tāti certaminis patuit Liburnorū naues cæteris aptiores. Ergo similitudine & nomine vsurpato, ad earūdem instar classem Romani pricipes texerunt. Liburnia nanq; Dalmatię pars est Iadertina subiacēs ciuitati, cuius ex-  
emplo nunc naues bellicę fabricantur, & appellantur Liburnę.

Liburnæ

Qua diligentia fabricentur Liburnæ. Cap. XXXIII.

**S**ed cum in domibus struendis arenæ vel lapidū qualitas requiratur, tantomagis in fabricandis nauibus diligenter cuncta querenda sunt, quanto maius periculum est nauem vitiosam esse quàm domum. Ex cypressō ergo & pinu domestica, siue syluestri larice, & abiete præcipuè Liburna cõtexitur, vtilius æreis clavis quàm ferreis configenda. Quæ licet grauior aliquãto videatur expensa, tamè, quia amplius durat, lucrum probatur afferre. Nam ferreos clauos tempore & humore celeriter rubigo consumit, ærei autem etiam in fluctibus propriam substantiam seruant.

Qua obseruatione sit cædenda materies. Cap. XXXV.

**O**bseruandum præcipuè, vt à quintadecima luna vsq; ad vigesimã tertiam arbores præcidantur, ex quibus Liburnæ cõtendẽ sunt. His enim tantum octo diebus cæsa materies immunis seruatur à carie: reliquis autem diebus præcisa, etiam eodem anno interna vermium labe exesa in puluerẽ vertitur: quod ars ipsa & omnium architectorum quotidianus vsus edocuit, & contemplatione ipsius religionis agnoscimus, quam pro æternitate his tantum diebus placuit celebrari.

Religio  
pro æterni-  
tate.

Quo mense sint cædendæ trabes. Cap. XXXVI.

**C**æduntur autem trabes vtiliter post solstitium æstiuum, id est, per menses, Iulium, Augustum, & per autumnale æquinoctium vsque ad calendas Ianuarias. His nanque mensibus arescente humore sicciora, & ideo fortiora sunt ligna. Illud etiam cauendum, ne cõtinuò vt deiectæ fuerint trabes secentur, vel statim vt sectæ fuerint mittantur in nauem: Siquidem & adhuc solidæ arbores & iam diuisæ per tabulas duplices ad maiorem siccitatẽ mercantur. Nam quæ virides compinguntur, cum natiuum humorem exudauerint, contrahuntur & rimas faciunt latiores, quo nihil est periculosius nauigantibus.

mercantur.

De modo Liburnarum. Cap. XXXVII.

**Q**uod ad magnitudinẽ pertinet, minimè Liburnæ remorū habent singulos ordines, paulo maiores binos, idoneæ mēsuræ ternos vel quaternos, interdū quinos sortiuntur remigū gradus. Nec hoc cuiq; enorme videatur, cū in Actiaco prælio longè maiora referatur cõcurrisse nauigia, vt senorum etiã vel vltra ordinū fuerint. Scaphæ tamen maioribus Liburnis exploratoriæ sociantur, quæ videnos propè remiges in singulis partibus habeant, quas Britanni pictas vocant. Per has & superuētus fieri & comēatus aduersariorū nauium aliquando intercipi assolet, & speculandi studio aduentus earum vel consilium deprehendi. Ne tamen exploratoriæ naues candore prodantur, colore veneto (qui marinus est fluctibus similis) vela tinguntur & funes: cera etiam qua vngere solent naues, inficitur. Nautæ quoq; vel milites Venetã vestẽ induunt, vt nō solūm per noctẽ, sed etiã per diem facilius lateant explorantes.

Color Venetus.

Nomina

Nomina ventorum &amp; numerus.

Cap.

XXXVIII.

**Q** Vicūq; exercitum armatis classibus vehit, turbinum signa debet antè præ-  
noscere. Procellis nanq; & fluctibus liburnæ grauius quàm vi hostiū sæpe  
perierūt. In qua parte, naturalis philosophiæ tota est adhibēda solertia, qua, ven-  
torum & tempestatum cœlesti ratione natura colligitur. Et pro acerbitate pela-  
gi, sicut cautos & prouidos cautela tutatur, ita negligētes extinguit incuria. Igi-  
tur ventorum numerum atq; vocabula ars nauigādi primum debet inspicere.  
Veteres autem iuxta positionem cardinū tantūm quatuor ventos principales à  
singulis cœli partibus flare credebant, sed experimēto posterior ætas duodecim  
cōprehendit. Horum vocabula ad submouendam dubitationē non solūm Græ-  
ca, sed etiā Latina protulimus, ita vt ventis principalibus declaratis, eos qui ip-  
sis dextra læuaq; iuncti sunt indicemus. A verno itaq; solstitio, id est, ab orientali  
cardine sumimus exordiū, ex quo vêtus oritur ἀπὸ ἡλιώτης, id est, subsolanus. Huic  
à dextra adiūgitur κακία. A sinistra ἔυρος siue vulturnus. Meridianū autē cardinē  
possidet ἤνότης, id est, auster. Huic à dextra iūgitur λευκονότης, id est, albus notus. A  
sinistra λιβονότης id est corus. Occidentalem verò cardinem tenet ζέφυρος. Huic  
à dextra iungitur λίφ siue Aphricus. A sinistra, ἰάπυξ siue Fauonius. Septen-  
trionalē verò cardinē sortitus est Aparctias siue septétrio, cui adhæret à dextra  
τρασκία siue † Circius. A sinistra βορᾶς, id est, aquilo. Hi sæpe singuli interdū duo, *cæcias*  
magnis autem tempestatibus etiam tres pariter flare consueuerunt. Horum im-  
petu maria, quæ sua sponte tràquilla sunt & quieta, vndis æstuantibus sæuiunt.  
Horum flatu pro natura temporum vel locorū ex procellis serenitas redditur,  
& rursus in procellas serena mutatur. Nā secundo spiramine optatos classis in-  
uenit portus, aduerso stare vel regredi, aut discrimen sustinere compellitur. Et  
ideo difficile naufragium pertulit, qui ventorum rationem diligenter inspexit.

Quibus mensibus tutius nauigetur

Cap.

XXXIX.

**S** Equitur mensium dierumq; tractatus. Neq; enim integro anno vis atq; acer-  
bitas maris patitur nauigantes, sed quidam menses aptissimi, quidā dubii,  
reliqui classibus intractabiles sunt lege naturæ. Phœnitæ decursu, id est, post or-  
tū Pleadū à die sexto kalendas Iunii vsq; ad arcturi ortū, id est, in diem † 18 kalē-  
das octobris secura nauigatio creditur, quia æstatis beneficio ventorū acerbitas  
mitigatur. Post hoc tempus vsq; in tertium Idus nouembris incerta nauigatio  
est, & discrimini propior: propterea quia post septembris Idus oritur arcturus  
vehementissimū sidus. Octauo kalendas octobris æquinoxiales euenit acerba  
tempestatas. Circa nonas verò octobris Hœdi pluuiiales, quinto Idus eiusdē Tau-  
rus. A nouembri autem mēse crebris tempestatibus nauigia conturbat Vergili-  
arum hyemalis occasus. Ex die igitur tertio Iduum Nouembris vsq; in diem se-  
xtum Iduum Martii maria clauduntur. Nam lux minima, noxq; proluxa, nubi-  
um densitas, aëris obscuritas, ventorum, hymbrium, vel niuium geminata seui-  
tia nō solūm classes à pelago, sed etiam cōmeantes à terrestri itinere deturbat.  
Post natalem verò (vt ita dicam) nauigationis qui solēni certamine publicoq;  
N     spectaculo *Natalis nauigationis*

ſpectaculo multarum gentium celebrantur, plurimorum ſiderum ipſiuſq; temporis ratione uſque in Idus Maias periculoſe maria tentantur: non quòd negotiatorum ceſſet induſtria, ſed quia maior adhibenda eſt cautela, quando exercitus nauigat cum liburnis, quam cum priuatorum mercium feſtinat audacia.

Quemadmodum tempeſtatum obſeruentur ſigna. Cap. XL.

**P**ræterea aliquorum ortus occaſuſque ſiderum tempeſtates vehementiſſimas commouent, in quibus licet certi dies auctorum atteſtatione ſignetur, tamẽ quia diuerſis caſibus aliquãdo mutantur, conſitendum eſt quòd cœleſtes cauſas humana conditio ad plenũ ſcire prohibetur. Nauticæ igitur obſeruationis curam trifariam diuidunt. Aut enim circa diem ſtatum, aut ante, vel poſtea tempeſtates fieri compertum eſt. Vnde præcedentes προχείμασι, naſcentes die ſolèni ἐπιχείμασι, ſubſequentes μεταχείμασι, græco vocabulo nũcupauerunt. Sed omnia enumerare nominatim aut ineptum videtur, aut longum, cùm auctores pluri-  
mi, nõ ſolũ menſium, ſed etiam dierum rationem diligẽter expreſſerint, tráſituſque ſiderum, quos planetas vocant, quum præſcripto curſu diei arbitrio creatoris ſuſcipiunt ſigna vel deſerunt, frequenter aſſolent ſerena turbare. Interluniorum autem dieſtempeſtatibus plenos, & nauigantibus quàm maximẽ metuendos, non ſolũ peritiæ ratio, ſed etiam vulgi uſus intelligit.

De prognostiſis quibus noſcitur ſerenitas  
& turbatio aëris.

CAP. XLI.

**M**ultis quoque ſignis & de tranquillo procellæ, & de tempeſtatibus ſerena produntur, quæ velut in ſpeculo lunæ orbis oſtendit. Rubicundus enim color ventos, cœruleus indicat pluuias. Ex utroque commixtus, nimboſus & furẽtes procellas. Lætus orbis ac lucidus ſerenitatem nauigiis repromittit, quam geſtat in vultu: præcipuè ſi quarto ortu neque obtuſis cornibus rutilat, neque in ſo fuerit humore fuſcata. Sol quoque exoriens vel diem cõdens, intereſt vtrum æqualibus gaudeat radiis, an obiecta nube varietur, vtrum ſolido ſplendore fulgidus, an ventis vrgentibus igneus, nõve pallidus vel pluuias ſit impendẽte maculoſus. Aër verò & mare ipſum nubiũq; magnitudo vel ſpecies ſolicitos inſtruit nautas. Aliquanta ab auibus, aliquanta ſignificantur à piſcibus, quæ Vergilius in Georgicis diuino penè cõprehendit ingenio, & Varro in libris naualibus diligenter excoluit. Hæc gubernatores ſeſe ſcire profitentur, ſed eatenus quatenus eos imperitiæ uſus inſtruit, non altior doctrina firmavit.

De æſtuariis, hoc eſt, de rheumate.

Cap. XLII.

**E**lementum pelagi tertia pars eſt mundi, quod præter ventorum flatum ſuo quoque ſpiramine motuq; vegetatur. Nam certis horis, diebus pariter ac noctibus æſtu quodã (quod rheuma vocant) vltro citroque pcurrit, & more torrentium fluminũ nunc exundat in terras, nunc refluit in altitudinẽ ſuã. Hęc reciprocatũ meatus ambiguitas, curſum nauium ſecunda adiuuat, retardat aduerſa: quæ dimicaturũ magna ſunt cautione vitãda. Neq; enim auxilio remorũ rheu-

matis

Proche-  
maſis.  
Epiche-  
maſis  
Metache-  
maſis

Interme-  
dios

Rheuma

matris impetus vincitur, cui interdum cedit & ventus. Et quoniam in diuersis regionibus diuerso lunæ crescentis minuentisq; statu, certis horis ista variatur, ideo prælium nauale gesturus, consuetudinem pelagi vel loci, ante congressum debet agnoscere.

De locorum notitia siue remigibus.

Cap. XLIII.

**N**Autarum gubernatorumq; solertia est, loca in quibus nauigatur, portusq; cognoscere, vt infesta prominentibus vel latentibus scopulis vadosa ac sicca vitentur. Tanto enim securitas maior est, quanto mare altius fuerit. In nautis diligentia, in gubernatoribus peritia, in remigibus virtus eligitur. Propterea quia naualis pugna tràquillo committitur mari, liburnarumq; moles non vétorũ flatibus, sed remorũ pulsu aduersarios pcutit rostris, eorumq; rursũ impetus vitat. In quo opere lacerti remigũ, & ars clauũ regētis magistri victoriã præstat.

De telis tormentisq; naualibus.

Cap. XLIII.

**M**ulta quidẽ armorum genera prælium terrestre desyderat, sed nauale certamen non solum plures armorum species, verum etiam machinas, et tormenta flagitat, tanquã in muris dimicetur & turribus. Quid enim crudelius congressione nauali, vbi & aquis homines perimuntur & flammis? Præcipua ergo esse debet tegminũ cura, vt cataphracti vel loricati, galeati etiam & ocreis *remigum* muniti sint milites. De onere nãque armorũ nemo potest cõqueri, qui stans pugnat in nauibus. Scuta quoq; validiora ppter ictus lapidũ, & ampliora sumantur ppter falces, et harpagones aliaq; naualia genera telorũ. Sagittis, missilibus, fundis, sustibalis, plumbatis, onagris, balistis, scorpionibus, iacula inuicem diriguntur & saxa: & (quod est grauius) qui de virtute presumunt, admotis liburnis iniectis pontibus in aduersariorum trãseunt naues, ibique gladiis manu ad manũ (vt dicitur) cominus dimicant. In maioribus etiã liburnis propugnacula turrelque constituunt, vt tãquam de muro, ita de excelsioribus tabulatis facilius vulnerent & perimant inimicos. Oleo incendiario, stuppa, sulphure, & bitumine obuolutæ & ardentes sagittæ per balistas in hosticarũ nauium alueos infiguntur, inũctasq; cera et pice & resina tabulas tot fomētis igniũ repete succendunt. Alii ferro interimuntur & saxo, alii ardere coguntur in fluctibus: inter tãta tamẽ mortuum genera, qui acerrimus casus est, absumeda piscibus insepulta sunt corpora.

Quemadmodum nauali bello collocentur insidiæ.


Cap. XLV.

**A**D instar autem terrestris prælii superuentus fiunt ignorantibus nautis, vel circa opportunas insularum angustias collocantur insidiæ. Idq; agitur vt imperati facilius deleantur, si longo remigio fatigati sunt hostium nauæ, si vento vrgentur aduerso, si pro rostris est rheuma, si nihil suspicantes dormiunt inimici, si statio quam tenent exitum non habet, si dimicandi optata venit occasio, fortunæ beneficiis iungendę sunt manus, & ex opportunitate prælium conserendum. Quod si cautela hostium, euitatis insidiis, publico Marte confligat, tunc liburnarũ instruendę sunt acies, nõ directę vt in cãpo, sed incuruę ad simi-


litudinem lunæ, ita vt productis cornibus acies media sinuetur: vt si aduersarii prorumpere tentauerint, ipsa ordinatione circūdati deprimantur. In cornibus autem præcipuum robur & liburnarum collocetur & militum.

Quid fiat cum aperto Marte nauale committitur bellum. Cap. XLVI.


**P**Ræterea utile est, vt alto et libero mari tua semper classis vtatur, inimicorū verò semper pellatur ad littus: quia pugnandi impetum perdunt, qui detruuntur in terras. In huiusmodi certamine tria armorum genera solent ad victoriam plurimum prodesse, asseres, falces, bipennes. *Affer.* Asser dicitur cū trabs subtilis ac lōga ad similitudinē antēnæ pendet in malo, vtroque capite ferrato. Hūc siue à dextra siue à sinistra parte aduersariorū se iunxerint naues pro vice arietis vi impellūt, qui bellatores hostium siue nautas sine dubio prosternit ac perimit ipsamque nauē sepius perforat. *Falx.* Falx autem dicitur acutissimum ferrū curuatum ad similitudinem falcis, quod contis lōgioribus inditum, collatorios funes, quibus antenna suspenditur, repente præcidit, collapsisq; velis liburnā pigriorē & inutilē reddit. *Bipennis.* Bipennis est iecuris habens ex vtraque parte latissimū & acutissimū ferrum. Per has in medio ardore pugnandi peritissimi nautæ vel milites cum minoribus scaphulis secretò incidūt funes, quibus aduersariorum ligata sunt gubernacula. Quo facto, statim capitur tanquam inermis & debilis nauis. Quid enim salutis superest ei q̄ amiserit clauū? Delusoriis, queis in Danubio quotidianis vtuntur excubiis, reticendum puto, quia artis amplius in his frequentior vsus inuenit, quàm vetus doctrina monstraerit.





N iii































































































VEGETIVS DE  
RE MILITARI.



183

# SEXTI IULII FRON-

TINI VIRI CONSULARIS STRA-

tegematicôn Præfatio.



Um ad astruendam rei militaris scientiam, vnus ex numero studiosorum eius accesserim, eiq; destinationi, quantum cura nostra valuit, satisfacisse visus sim, deberi adhuc institutæ arbitror operæ, vt solertia ducum facta, quæ à Græcis vna στρατηγικῶν appellatione cōprehēsa sūt, expeditis amplectar cōmentarijs. Ita enim consilij quoque, & prouidētia exemplis succincti duces erunt, vnde illis excogitandi gerendiq; similia facultas nutriatur. Præterea continget, ne de euentu trepidet inuentionis suæ, qui probatis eā experimentis comparabit. Illud neque ignoro, neque inficio, etiam rerū gestarum scriptores indagine operis sui, hanc quoq; partem esse complexos: & ab autoribus exemplorum, quicquid insigne aliquo modo fuit traditum: sed (vt opinor) occupatis velocitate consuli debet: longum est enim singula & sparsa per immensum corpus historiarum proficere: & hi qui notabilia excerpserunt, ipso velut aceruo rerum, confuderunt legentem. Nostra sedulitas impendet operam, vt quemadmodum res poscet, ipsum quod exigitur, quasi ad interrogatum exhibeatur: circūspectis enim generibus, preparavi oportuna exemplorum veluti consilia. Quo magis autem discreta, ad rerum varietatem aptè collocarentur, in tres libros ea diducimus. In primo erunt exempla, quæ competant prælio nondum commisso. In secundo, quæ ad prælium, & confectam pacationem pertineant. Tertius, inferendæ soluendæq; obsidionis habebit στρατηγικά, quibus deinceps generibus suas species attribui. Huic labori nō iniuste veniam paciscar, ne me pro incurioso reprehendat, qui præteritum aliquod à nobis repererit exemplum. Quis enim ad percensenda omnia monumenta, quæ vtrâque lingua tradita sunt, sufficiat? vnde multa transire mihi ipse permisi, quod me non sine causa fecisse scient qui aliorum libros eadē promittentium legerint. Verum facile erit sub vnaquaq; specie suggerere. Nam cum hoc opus, sicut cætera, vsus potius aliorum, quam meæ commendationis causa aggressus sim, adiuuari me ab his, qui aliquid illi astruent, non argui credam. Si qui erunt quibus volumina hæc cordi sint, meminerint, vt parent gratiam στρατηγικῶν & στρατηγικῶν, per quam possimus similem naturam discernere. Nam tum omnia, quæ à duce prouidè, vtiliter, constanter, magnificè fiūt στρατηγικά habebūtur, si in specie eorum sunt στρατηγικά. Eorum propriè vis in arte solertiaq; posita proficit, tam vbi cauendus, quam vbi opprimendus hostis sit. Qua in re, cum verborum quoque illustris extiterit effectus, vt factorū ita dictorum exempla posuimus.

*Triū libro  
rū diuisio.*

*id est, gesta  
seu consilia  
militaria.*

Finis præfationis.

Q ij

S E X T I I V L I I F R O N T I N I  
S P E C I E S E O R V M Q V Æ I N S T R V E N T D V -  
cem in his quæ ante prælium gerenda sunt.

De occultandis consilijs. Cap. I.

**M**Arcus Porcius Cato, deuictas à se Hispaniæ ciuitates existimabat in tēpore rebellaturas, fiducia murorū: scripsit itaq; singulis, vt diruerent munimenta, minatus bellum, nisi confestim obtēperassent: epistolasq; vniuersis ciuitatibus eodem die reddi iussit: vnaquæq; vr-  
bium sibi soli credidit imperatum. Contumaces conspiratio potuit facere, si omnibus idem denunciari notum fuisset.

• Hamilcar dux Pœnorū, vt in Sicilia inopinatus appelleret classem, nō p̄nūciauit quò proficisceretur, sed tabellas, in quibus scriptū erat, quā partem peti vellet, vniuersis gubernatoribus dedit signatas, præcepitq; ne quis legeret, nisi vi tempestatis à cursu prætorix nauis abductus esset.

C. Lælius ad Syphacē profectus legatus, quosdā ex tribunis & centurionibus, per speciem seruitutis ac ministerij exploratores secum duxit, ex quibus, L. Statoriū, quia sæpius in eisdem castris fuerat, quidā ex hostibus videbantur agnoscere, occultadæ conditionis eius causa, baculo vt seruum castigauit.

Tarquinius Superbus pater principes Gabiorum interficiēdos arbitratus quia hoc nemini volebat innotescere commissum, nihil nūcio respondit, qui ad eum à consilio erat missus: tamen virga, eminentia papauerum capita, cū fortè in horto ambularet, decussit. Nuncius sine responsione reuersus, renūciauit adolescenti Tarquinio, quid agētem patrem vidisset: ille intellexit idē esse eminentibus faciendum.

C. Cæsar qui suspectā habebat Aegyptiorū fidē, per speciē securitatis, inspectione vr̄bis, atq; operū, ac simul licētioribus cōuiujs deditus, videri voluit captū sese gratia locorum, & ad mores Alexādrinos vitamq; deficere, atq; inter eam dissimulationem præparatis subsidijs, occupauit Aegyptum.

*Tyriestem.* Ventidius Parthico bello aduersus Pachorū regem, nō ignarus Pharnēum quēdam, natione † Cyrresten, ex his qui socij videbātur, omnia quę apud ipsos agebantur, nunciare Parthis, perfidiā barbari ad vtilitates suas cōuertit. Nam quę maximè fieri cupiebat, ea vereri se ne acciderent: quę timebat, ea vt euenirent optare se simulabat. Sollicitus itaq; ne Parthi antè trāsirent Euphraten, quàm sibi superuenirent legiones, quas in Capadocia trās Taurū habebat, studiose cū proditore egit, vt solēni perfidia Parthis suaderet, per Zeugma trajicerent exercitum, quā & breuissimum iter est, & omisso alueo Euphrates decurrit. Nāq; si illac venirent, asseuerabat se oportunitate collū vsurū, ad eludēdos sagittarios. Omnia autē vereri, si se in patentes cāpos proiecissent. Inducti hac affirmatione barbari, inferiore itinere, per circuitum adduxerunt exercitum: dumque fusiores ripas, & ob hoc operosiores pōtes iungunt, instrumentaque moluntur, xl. amplius dies impenderunt: quo spacio Ventidius ad cōtrahēdas vsus est copias: eisque triduo antequàm Parthus adueniret receptis, acie commissa vicit Parthos, & interfecit.

Mithridates circūuallante Pompeio, fugam in proximam diem moliens,  
huius

huius cōsiliij obscurādi causa, latius & vsq; ad applicitas hosti valles, pabulatus, colloquia quoq; cū pluribus, auertendæ suspitionis causa, in posterū cōstituit. Ignes etiam frequentiores per tota castra fieri iussit. Secūda deinde vigilia præter ipsa castra hostium, agmen eduxit.

Imperator Cæsar Domitianus Aug. Germanicus, cū Germanos, qui in armis erant, vellet opprimere, nec ignoraret maiore bellum molitione inuros, si aduentum tanti ducis præsensissent, profectioem suam censu obtexuit Galliarum. Sub quibus inopinato bello affusus, contusa immaniū ferocia nationum, prouincijs consuluit.

Cl. Nero, cū cuperet Hasdrubalē, copiāsque eius antequā Hānibali fratri iūgerentur occidere, iccircoq; festinaret, se Liuiio Salinatori collegę suo, cui bellum mādatū fuerat (parum fidens viribus, quæ sub ipso erāt) adiūgere, neque tamen discessum suū ab Hannibale, cui oppositus erat, sentiri vellet, X millia fortissimorū militū delegit, præcepitq; legatis quos relinquebat, vt eadē stationes & vigilię æquē agerentur, totidem ignes arderent, eademque facies castrorū seruaretur, ne quid Hānibal suspicatus, auderet aduersus paucitatē relictorū. Cū deinde in Umbria, occultatis itineribus, collegę se iūxisset, vetuit castra ampliari, ne quod signū aduentus sui daret Pœno, detrectaturo pugnā si Cōsulū iūctas vires intellexisset. Igitur insciū duplicatis aggressus copijs superauit, & velocius omni nuncio, redijt ad Hannibalē. Ita ex duobus callidissimis ducibus Pœnorū, eodem cōsilio alterum celauit, alterum oppressit.

Themistocles Athenarū dux exhortans suos ad suscitandos festināter muros, quos iussu Lacedæmoniorū deiecerāt, legatis Lacedæmone missis, qui interpellarent, respōdit venturū se ad diluendā hanc existimationē, & peruenit Lacedæmonem: ibi simulato morbo aliquantū temporis extraxit, & postquā intellexit suspectā esse tergiuersationem suam, contendit falsum ad eos rumorem & rogauit, vt mitterent aliquos ex principibus, quibus crederent de munitione Athenarū. Suis deinde clām scripsit, vt eos qui venissent retinerēt, donec reffectis operibus, cōfiterentur Lacedæmonijs, munitas esse Athenas, nec aliter principes eorum redire posse, quā ipse remissus foret: quod facile præstiterunt Lacedæmonij, ne vnus interitum multorū morte pensarent.

L. Furius exercitu producto in locum iniquū, cū cōstituisset occultare solitudinem suam, ne reliqui trepidarent, paulatim se inflectens, tanquā circuitu maiore hostem aggressurus, conuerso agmine, ignarum rei quę agebatur exercitum, incolumem reduxit.

Metellus Pius, in Hispania interrogatus, quid postera die facturus esset, Tunicam meam si id eloqui posset (inquit) comburerem.

M. Licinius Crassus, percontanti quo tempore castra moturus esset, respondit, † Vereris ne tubam non exaudias?

vereri se ne  
tuba id au-  
diat.

De explorandis consilijs hostium. Cap. II.

Scipio Aphricanus, capta occasione mittēde ad Syphacem legationis, cum Lælio seruorum habitu tribunos & centuriones electissimos ire iussit, quibus curæ esset perspicere regias vires: hi vt liberius castrorum positionem

Q iij scrutar-

scrutarentur, equum de industria dimissum, tanquam fugientem persectati, maximam partem munimentorum circuierunt: quæ cum nunciaissent, incendio confectum est bellum.

Q. Fabius Maximus bello Hetrusco, cum adhuc incognitæ forent Romanis ducibus sagaciores explorandi viæ, fratrem Fabium Cæsonem, peritum linguæ Hetruscæ, iussit Hetrusco habitu penetrare Ciminiam syluam, antè militi nostro intentatã: quod is adeo prudenter atque industriè fecit, vt trãgressus syluam, Umbros Camertes cum animaduertisset non alienos nomini Romano, ad societatem compulerit.

Carthaginenses cum animaduertissent Alexandri ita magnas opes, vt Aphricæ quoque immineret, vnum ex ciuibus virum acrem, nomine Hamilcarem Rhodinũ, iusserunt simulato exilio ire ad regem, omnique studio in amicitiam eius peruenire, qua is potitus, consilia eius nota ciuibus suis faciebat.

Idem Carthaginenses miserunt, qui per speciem legatorum longo tempore Romæ morarentur, exciperentque consilia nostrorum.

M. Cato in Hispania, quia ad hostium consilia alia via peruenire non poterat, iussit trecentos milites simul impetum facere in stationem hostium, raptumque vnum ex his in castra perferre incolumẽ: tortus ille, omnia suorum arcana confessus est.

C. Marius cos. bello Cymbrico & Teutonico, ad excutiendam Gallorũ & Lygurum fidem, literas eis misit, quarũ pars prior præcipiebat, ne interiores quæ præsignatæ erant, ante tempus certũ aperirentur, easdẽ postea ante præstitutum diem repetiit, & quia resignatas repererat, intellexit hostilia agitari.

*signate*

Est etiã aliud explorandi genus, quo ipsi duces nullo extrinsecus adiutorio, per se prouident. Sicut Aemilius Paulus cos. bello Hetrusco apud oppidũ Coloniã demissurus exercitũ in planiciẽ, contẽplatus procul auium multitudinẽ citatiore volatu è sylua confurrexisse, intellexit illic aliquid insidiarum latere, quod & turbatæ aues, & simul plures euolauerant. Præmissis igitur exploratoribus, comperit X milia Boiorum, excipiendo ibi Romanorum tagmini imminere: eaque, alio quam expectabatur latere missis legionibus, circumfudit.

*agmina in itinere.*

Similiter Thyamenus Horeltis filius, cum audisset iugum ab hostibus natura munitum teneri, præmisit sciscitatuos quid rei foret, ac referentibus eis non esse verum quod opinaretur, ingressus iter, vt vidit ex suspecto iugo magnam vim auium simul euolasse, neque omnino residere, arbitratus est latere illic agmen hostium: itaque circumducto exercitu elusit insidiatores.

Hasdrubal frater Annibalis, tunc Liuij & Neronis exercitum (quanquam hoc illi non duplicatis castris dissimularent) intellexit, quod ab itinere strigiflores notabat equos, & coloratiora hominum, vt ex via, corpora.

*agmina in itinere.*

De custodiendo statu belli.

Cap. III.

Alexander Macedo cum haberet vehementem exercitum, semper eum statum belli elegit vt acie configeret.

C. Cæsar bello civili cum exercitum veteranum haberet, hostium autem tyronem esse sciret, acie semper decertare studuit.

Fab.

Fab. Maximus aduersus Annibalem, successibus præliorum insolentem, recedere ab ancipiti discrimine, & tueri tantummodo Italiam cōstituit, Cunctatorisque nomen, & per hoc summi ducis meruit.

Byzantij aduersus Philippum omne præliandi discrimen vitantes, omiſſa etiam finium tutela, intra munitiones oppidi se receperunt: affecuti que sunt, vt Philippus obsidionalis moræ impatiens recederet.

Hædrubal Gisgonis filius, secundo Punico bello in Hispaniam ductum exercitum (cùm P. Scipio instaret) per vrbes diuisit: itaque factum est, vt Scipio, ne oppugnatione plurimū oppidorum distringeretur, in hyberna suos reduceret.

Themistocles aduentante Xerxe (quia neque prælio pedestri, neque finium tutelæ, neque obsidioni credebat sufficere Athenienses) autor fuit eis liberos & coniuges Trœzena, & in alias vrbes emittendi, relicto que oppido, statum belli ad nauale prælium transferendi. Idem fecit in eadem ciuitate Pericles aduersum Lacedæmonios.

*subsidiis*

Scipio manente in Italia Hannibale, transmissio in Africam exercitu, necessitatem Carthaginensibus imposuit reuocandi Hannibalem: sicque à domesticis finibus hostile transtulit bellum.

Athenienses cùm Deceleam castellum ipsorum Lacedæmonij commiſſent, & frequentius vexarentur, classem, quæ Peloponesum infestaret miserunt: consecuti que sunt, vt exercitus Lacedæmoniorum, qui Deceleæ erat, reuocaretur.

Imperator Cæsar Domitianus Augustus, cùm Germani more suo è saltibus & obscuris latebris subinde impugnarent nostros, tutumque ingressum in profunda sylvarum haberent, militibus per centum viginti millia passuum actis, non mutauit tantum statum belli, sed & subdidit ditioni suæ hostes, quorum refugia nudauerat.

De transducendo exercitu per loca hosti infesta. Cap. III.

**A**Emilius Paulus Cos. cùm in Lucanos iuxta littus angusto itinere exercitum duceret, & Tarentini ei classe infidiati, agmen eius scorpionibus aggressi essent, captiuos latera euntium prætexuit, quorum respectu hostes inhibere tela.

*captiuos lateri*

Agésilæus Lacedæmonius, cùm præda onustus ex Phrighia rediret, insequenturque hostes, & ad locorum opportunitatem laceſſerent agmen eius, ordinem captiuorum ab utroque latere exercitus sui applicuit: quibus dum parçitur ab hoste, spacium trãseundi habuerunt Lacedæmonij. Idem, tenentibus angustias Thebanis, per quas transire habebat, flexit iter quasi Thebas contenderet: exterritis Thebanis digressisque ad tutanda mœnia, repetitum iter quod destinauerat emensus est, nullo obsistente.

Nicostratus dux Aetolorum aduersus Epirotas, cùm ei aditus in fines eorum angusti fierent, per alterum locum irrupturum se ostendens, omni illa ad prohibendum occurrente Epirotarum multitudine, reliquit suos paucos, qui speciem remanentis exercitus præberent, & ipse cum cætera manu, qua non expectabatur aditus, intrauit.

*aditum*

Autophranda

Autophrates.

Autophrates Perſes, cū in Piſidiā exercitū duceret, & anguſtias quaſdā Piſidæ occuparent, ſimulata vexatione traijciendi, inſtituit reducere: quod cū Piſidæ credidiſſent, ille nocte validiſſimā manū ad eundem locum occupandum præmiſit, ac poſtero die totum traiecit exercitum.

Philippus Macedonū rex Græciā petens, cū Thermopylas occupatas audiret, & ad eum legati Aetolorum veniſſent acturi de pace, retentis eis, ipſe magnis itineribus ad anguſtias pertendit, ſecuriſq; cuſtodibus, & legatorū reditus expectantibus, inopinatus Thermopylas traiecit.

Iphicrates dux Athenieſiū, aduerſus Anaxibiū Lacedæmoniū in Hellespōto circa Abydon, cū trāſducēdū exercitū haberet per loca quæ ſtationibus hoſtium tenebātur, alterū autem latus eius trāſitus abſciſſi mōtes premerent, alterum mare ablueret, aliquādiu moratus, cum incidiſſet frigidior ſolito dies, & ob hoc nemini ſuſpectus, delegit firmiſſimos quoſq; quibus oleo ac mero calefactis, præcepit vt ipſam oram maris legerent, abruptiora tranarent: atq; ita cuſtodes anguſtiarum inopinatus oppreſſit à tergo.

Cn. Pōpeius cum flumen trāſire propter oppoſitum exercitum hoſtiū non poſſet, aſſiduè producere & reducere in caſtra inſtituit: deinde in eādē perſuaſionem hoſte perducto, ne vllam viam ad progreſſum Romanorum teneret, repente impetu factō tranſitum rapuit.

aſſectus.

Alexander Macedo, prohibente rege Indorum Poro traijci exercitum per flumen Hydaspem, aduerſus aquā aſſiduè procurrere iuſſit ſuos: & vbi eo more exercitationis † aſſuetus eſt (quia Porus aduerſa ripa caueret) per ſuperiorē partem ſubitō tranſmiſit exercitum. Idēque Indi fluminis traiectu prohibitus ab hoſte, diuerſis locis in flumine equites inſtituit immittere, & tranſitum minari: cūque expectatione barbaros teneret intentos, inſulam paulo remotiorem, primū exiguo, deinde maiore præſidio occupauit, atque inde in vltiorem ripam tranſmiſit. Ad quam manum opprimendam, cum vniuerſi ſe hoſtes effudiſſent, ipſe libero vado tranſgreſſus, omnes copias coniunxit.

Xenophon, vltiorem ripā Armeniis tenentibus, duos iuſſit quæri aditus: & cum à citeriore repulſus eſſet, trāſiit ad ſuperiorē. Inde quoq; prohibitus hoſtiū occurſu, repetiit vadū inferius, iuſſa ibidem militū parte ſubſiſtere, ex qua cum Armenij ad inferioris vadi tutelam rediſſent, per ſuperius tranſgredere- tur. Armenij credētes decurſuros omnes, decepti ſunt à remanētibus. Hi cum reſiſtente nullo vadū ſuperaiſſent, tranſeuntium ſuorum fuere propugnatores.

P. Claudius Coſ. primo bello Punico, cū à Rhegio Meſſanā traijcere militē nequiret, cuſtodiētibus fretū Pœnis, ſparſit rumorē, quaſi bellū iniuſſū populi inceptū gerere nō poſſet, claſſemque Italiā verſus ſe agere ſimulauit: digreſſis deīde Pœnis, q̄ profectioni eius habuerāt fidē, circūactas naues appulit Sicilię.

Lacedæmoniorum duces cum Siracufas nauigare deſtinaiſſent, & Pœnorū diſpoſitam penitus claſſem timerent, X punicas naues, quas captiuas habebant, veluti victrices, primas iuſſerunt agi, à latere iunctis ac puppe religatis aliis, qua ſpecie deceptis Pœnis, tranſierunt.

Philippus cū anguſtias maris, quæ Cyaneę appellātur, trāſnauigare p̄pter Athenienſium

Atheniēſium claſſem, quæ opportunitatē loci cuſtodiebat, nō poſſet, ſcripſit Antipatro Thraciā rebellari præſidijs, quę ibi reliquerat, interceptis, vt ſequeretur omiſſis omnibus, quę epiſtole vt interciperētur ab hoſte, curauit. Atheniēſes arcana Macedonū excepiffe viſi, claſſem abduxerūt. Philippus nullo prohibēte anguſtias freti liberauit. Idē quia Cherroneſum, quę iuris Athenienſiū erat, occupare prohiberetur, tenentibus trāſitum nō Byzantium tātum, ſed Rhodiorū quoq; & Chiorū nauibus, cōciliauit animos eorū reddēdo naues quas ceperat, quaſi ſequeſtres futuros ordinādę pacis inter ſe atq; Byzantios, qui cauſa belli erāt: tractāq; per magnū tēpus poſtulatione, cū de industria ſubinde aliquid in conditionibus retexeret, claſſem per id tempus præparauit: eaque in anguſtias freti imparato hoſte ſubitō euasit.

Chabrias Atheniēſis, cū adire portū Samiorū obſtāte nauali hoſtiū præſidio nō poſſet, paucas è ſuis nauibus præter portum miſſas, iuſſit trāſire, arbitratus qui in ſtatione erant, perſecuturos: hiſque per hoc conſilium euocatis, nullo obſtante portum cum reliqua adeptus eſt claſſe.

De euadendo ex locis difficillimis. Cap. V.

**Q**. Sertorius in Hiſpania, cū à tergo inſtante hoſte flumen traicere haberet, vallum in ripa eius in modū cauę lunę duxit, & oneratum materijs incendit, atq; ita excluſis hoſtibus fluuium liberè tranſgreſſus eſt.

Similiter Pelopidas Thebanus, bello Theſſalico trāſitū queſiuit: namq; caſtris ampliorē lacū ſupra ripā cōplexus, vallū ceruolis & alio materię genere cōſtructū incendit: dūq; ignibus ſubmouerētur hoſtes, ipſe fluuiū ſuperauit.

**Q**. Lucretius Catulus, cū à Cymbris pulſus vnā ſpē ſalutis haberet, ſi flumē liberaret, cuius ripā hoſtes tenebāt: in proximo mōte copias oſtēdit, tãq; ibi caſtra poſiturus: ac præcepit ſuis ne ſarcinas ſoluerēt, aut onera deponerēt, ne q; ab ordinibus aut ſignis diſcederēt: & quo magis perſuaſionē hoſtiū cōfirmaret, pauca tabernacula in cōſpectu erigi iuſſit, ignesq; fieri, & quosdā vallum ſtruere, quosdā in lignationem, vt cōſpicerentur exire: quod Cymbri verè agi exiſtimātes, & ipſi caſtris delegerūt locū: diſperſiq; in proximos agros ad cōparanda ea quæ neceſſaria ſunt manſuris, occaſionem dederunt Catulo nō ſolum flumen traicendi, ſed etiam caſtra eorum inſeſtandi.

Croëſus cū Halim vado tranſire non poſſet, neque nauium aut pontis faciendi copiam haberet, foſſa ſuperiori parte poſt caſtra deducta, alueum fluminis à tergo exercitus ſui reddidit.

Cn. Pōpeius, Brūduſij, cū excedere Italia & trāſferre bellū ppoſuiſſet, inſtante à tergo Cęſare, cōſcenſurus claſſem, quaſdā obſtruxit vias, alias parietibus interſepſit, alias intercudit foſſis, eāſq; ſudibus erectis præcluſas operuit cratibus, humo aggeſta, quosdā aditus qui ad portū ferebant trabibus tranſmiſſis, & in denſum ordinem ſtructis, ingenti mole tutatus. Quibus perpetratis, ad ſpeciem retinendę vrbis raros pro mœnibus ſagittarios reliquit, ceteras copias ſine tumultu ad naues reduxit: nauigātem eum mox ſagittarij quóque per itinera nota digreſſi paruis nauigijs conſecuti ſunt.

Cn. Duillius coſ. in portu Syracuſano, quē temerè intrauerat, obiecta ad ingreſſum

*cursu in  
proras ces-  
serunt.*

gressum catena clausus, vniuersos in puppim retulit milites, atq; ita resupina nauigia magna remigantium vi cōcitauit, leuatę prorę super catenam pcesse- runt, qua parte superata, trāsgressi ꝑ rursus milites ꝑ proras presserunt in quas versum pondus decursum super catenam dedit nauibus.

*Munichiz.*

Lysander Lacedemonius cū in portu Atheniensium cum tota classe ob- sideretur, obrutus hostium nauibus, ab ea parte qua faucibꝰ angustissimis in- fluit mare, milites suos clam in littus egredi iussit, & subiectis rotis ad proxi- mum naues portum ꝑ Monœcium traiecit.

Herculeius legatus Sertorij, cū in Hispania inter duos mōtes abruptos lon- gum & angustum iter ingressus, paucas duceret cohortes, cōperissetq; ingen- tem manum hostium aduenire, fossam transuersam inter montes pꝑressit, val- lumq; materia extructum incendit, atque ita intercluso hoste euasit.

C. Cæsar bello ciuili cū aduersus Afraniū copias educeret, & recipiendi se sine periculo facultatem nō haberet, sicut constiterat, prima & secūda acie furtim à tergo ad opus applicata, xv. pedum fossam fecit, intra quam sub occa- sum solis armati se milites eius receperunt.

Pericles Atheniēsis, à Peloponēsibus in eū locū cōpulsus, qui vndiq; abru- ptis cinctus, duos tantū exitus habebat, ab altera parte fossam ingentis latitudi- nis duxit, velut hostis excludendi causa: ab altera militē agere cœpit tanquā ꝑ eum erupturus. Ij qui obsidebāt, cū per fossam, quā ipse fecerat, exercitū Peri- clis non crederent euasurum, vniuersi à limite obstiterunt. Pericles pontibus quos pꝑparauerat fossę iniectis, suos quā non resistebatur, emisit.

*similibus  
cōfudit.*

Lysimachus ex his vnus, in quos opes Alexātri trāsierūt, cū aditum collē castris destinasset, imprudentia autē suorum in inferiorem deductus, vere- retur ex superiore hostium incursum, triplices fossas intra vallū obiecit: dein- de ꝑ sublimibus fossis circa omnia tentoria ductis, tota castra ꝑ confodit: & intercepto hostium aditu, simul humo quóque, & frondibus quas fossis su- periecerat, facto impetu in superiora euasit.

Cn. Fonteius Crassus in Hispania cū tribus millibus hominū pꝑdatū ꝑfe- ctus, ad Hasdrubalem, & ad primos tantū ordines relato cōsilio, incipiēte no- cte, quo tēpore minimē expectabatur, per stationes hostium prorupit.

L. Furius exercitū perducto in locum iniquum, cū constituisset occultare sollicitudinem suā: ne reliqui trepidarent, paulatim inflexit iter, tanq; circuitu maiore hostem aggressurus, cōuersoq; agmine ignarum rei quæ agebatur, exercitū incolumem reduxit.

*frustratus.*

P. Decius Tr. bello Samnitico, Cornelio Cossō cos. iniquis locis deprehen- so ab hostibus, suasisit vt ad occupādum collem, qui erat in propinquo, modi- cam manum mitteret, seque ducem ijs qui mittebātur, obtulit: auocatus in di- uersum hostis dimisit cōsulem. Decium autem cinxit, obseditque. Ille per an- gustias, noctu eruptione facta, cū ꝑ eluctatus esset, Decius incolumis cum mi- litibus, consuli accessit.

Idem fecit sub Artilio Calatino cos. is cuius variē tradunt nomen. Alij, La- berium, nōnulli Q. Cēditium, plurimi Calphurniū, flammā vocitatum scri- pserunt



psferunt. Hic cum dimissum exercitum in eam vallem videret, cuius latera omnia superiora hostis infederat, depoposcit & accepit trecentos milites, quos adhortatus ut virtute sua exercitum seruarent, in mediam vallē decurrit, & ad opprimendos eos vndique descendit hostis, longoque & aspero praelio retentus, occasionem consuli ad extrahendum exercitum dedit.

L. Minutius cos. in Lyguria dimisso in angustias exercitu, cum iam omnibus obuersaretur Caudinę cladis exēplum, Numidas auxiliares, tam propter ipsorum quam propter equorum deformitatem despiciendos, iussit adequitare faucibus quę tenebantur. Primò intenti hostes ne lacerentur, stationem obiecerunt: de industria Numidę ad augendum sui cōtemptum, labi equis, & per ludibrium spectaculo esse affectauerunt, ad nouitatem rei laxatis ordinibus, Barbari in spectaculum vsque resoluti sunt. Quod ubi animaduenterunt Numidę, paulatim succedentes, additis calcaribus per intermissas hostium stationes eruperunt: qui deinde cum proximos irruerēt agros, necesse Lyguribus fuit auocari ad defendenda sua, inclusosque Romanos emittere.

L. Sylla bello sociali apud Eserniā inter angustias deprehensus, ad exercitū hostiū, cui Duillius pręerat, colloquio petito, de conditionibus pacis agitabat sine effectu: hostem tamen propter inducias negligentia resolutum animaduertens, nocte profectus, relicto buccinatore, qui vigilias ad fidem remanentiū diuideret, & quarta vigilia commissa, eum sequeretur, iucolumes suos cum omnibus impedimentis tormentisque in tuta perduxit.

Idem aduersus Archelaū præfectū Mithridatis in Capadocia, iniquitate locorum & multitudine hostium præssus, fecit pacis mentionem: interpositoque tēpore etiam induciarum, & per hæc auocata intentione, aduersarium euasit.

Hasdrubal frater Annibalis, cum saltum euadere non posset, faucibus eius obsessis, egit cum C. Nerone, recepitque dimissum se Hispania excessurum: cauillatus deinde cōditionibus, dies aliquot extraxit, quibus omnibus, nō emisit per angustos tramites, & ob id neglectos dimittere per partes exercitum: ipse deinde cum reliquis expeditis facile effugit.

Spartacus fossam, qua erat à M. Crasso circumdatus, cæcis captiuorum pecorumque corporibus noctu repleuit, & supergressus est. Idem cum in † Lesbio obfessus, ea parte qua mons asperrimus erat, ideoque custoditus, ex vimine syluestri cathenas conseruit, quibus demissus non solū euasit, verū etiā ex alio latere † gladio ita terruit, ut aliquot cohortes, gladiatoribus quatuor & septuaginta cesserint. Idem cum à L. Varino Procos. præclusus esset, palis per modica intervalla fixis ante portam, erecta cadauera, adornata veste atque armis, alligauit, ut procul intuentibus stationis species esset, ignibus per tota castra factis, imagine vana deluso hoste, copias silentio noctis eduxit.

Brasidas dux Lacedæmoniorū, circa Amphipolim ab Atheniēsum multitudine numero impar deprehensus, claudendum se præstitit, ut per longum coronę ambitū extenuaret hostilem frequentiam, quaque rarissimi obstabant, erupit.

Iphicrates in Thracia cum depresso loco castra posuisset, explorasset autem ab hoste proximū teneri collē, ex quo vnus ad opprimendū ipsos descensus erat, nocte

noct e paucis intra castra relictis, imperavit vt multos ignes faceret, eductoq; exercitu & disposito circa latera praedicta via, passus est transire Barbaros: locorumq; iniquitate, in qua ipse fuerat, in illos conuersa, parte exercitus terga eorum cecidit, parte castra fecit.

*Darius*

Dareus, vt falleret Scythas discessu, canes atq; asinos in castris reliquit, quos cum latrantes rudentesque hostis audiret, remanere Dareum credidit.

Eundem errorem obiecturi nostris Lygures, per diuersa loca bubalos laqueis ad arbores alligauerunt, qui deducti frequentiori mugitu speciem remanentium prebebant hostium.

*certos*

Hanno ab hostibus clausus, locum irruptioni maximè aptum, aggestis leuibus materiis incendit, tamen hoste ad ceteros exitus custodiendos auocato, milites per ipsam flammam eduxit: admonito ora scutis, crura veste contingere.

*certa*

Annibal, vt iniquitatem locorum, & inopiam instante Fabio maximo effugeret, noctu boues, quibus ad cornua fasciculos alligauerat, sarmentorum subiecto igne, dimisit, cumq; ipso motu adolecente flamma turbaretur pecus, magna discursatione montes, in quos actum erat collustravit: Romani qui ad speculandum concurrerant, primò prodigium opinati sunt, deinde cum cuncta Fabio renunciaissent, ille de insidiarum metu suos castris continuit, Barbari obsistente nullo profecti sunt.

De insidiis in itinere factis.

Cap. VI.

*ultima*

**F**ulvius Nobilior, cum ex Samnio in Lucanos exercitum educeret, & cognouisset a perfugis, hostes nouissimum agmen eius aggressuros, fortissimam legionem primo ire, ultimo sequi iussit impedimenta, ita factum pro occasione amplexi hostes, diripere sarcinas ceperunt. Fulvius legionis de qua supradictum est, quinque cohortes in dextram partem via direxit, quinque ad sinistram, atque ita praedationi intentos hostes, explicato per vtraque latera milite, clausit, ceciditque. Idem hostibus tergum eius in itinere prementibus, dum flumine interueniente, non ita magno vt transitum prohiberet, moraretur tamen rapiditate, alteram legionem in occulto citra flumem collocavit, vt hostes paucitate contempta audacius sequerentur: quod vbi factum est, legio que ob hoc disposita erat, ex insidiis hostem aggressa vastavit.

*sufferre*

Iphicrates in Thraciam cum propter conditionem locorum, longum agmen deduceret, & nunciatum ei esset hostes summum id aggressuros, cohortes in vtraque latera secedere, & consistere iussit, ceteros fugere & iter maturare. Transunte autem toto agmine, lectissimos quosque retinuit, & ita passim circa praedam occupatos hostes, iam etiam fatigatos, ipse requietis & ordinatis suis aggressus fudit, exiitq; praeda.

*Latina*

Boii in sylua Latina, qua transiturus erat noster exercitus, succiderunt arbores, ita vt ex parte exigua sustentate starent, donec impellerentur, delituerunt deinde ad extremas ipsi, vbi, ingresso syluam hoste, proximas vltiores impulerunt, eo modo propagata pariter supra Romanos ruina, magnam manum eliserunt.

Quemad

Quemadmodum ea quibus deficimur, videantur non decesse,  
aut vsus eorum expleatur. Cap. VII.

**L**. Cæcilius Metellus, quia vsu nauium quibus elephantes transportaret deficiebatur, vincit dolia cōstrauitque tabulamentis, ac super ea positos, per Siculum fretum transmisit.

Annibal cum ad præalti fluminis transitum elephantes non posset pellere, neque nauium aut materiarum, quibus rates† continerentur, copiam haberet, iussit ferocissimū elephantū sub aure vulnerari, & eum qui vulnerasset, transfuso statim flumine procurrere: elephante exasperatus ad persequēdum doloris sui authorem, tranauit amnem, & reliquis idem audendi dedit exemplū.

conseruentur

Carthaginensium duces instructuri classem, quia sparto deficiebatur, crinibus tōsarū mulierū ad funes efficiēdos vsi sunt. Idē Mafsiliēses & Rhodij fecerunt.

M. Antonius à Mutina profugus, cortices pro scutis militibus suis dedit. Spartaco copiisque eius, scuta ex vimine fuerunt, quæ coriis tegebantur. Non alienus (vt arbitror) hic locus est, referendi factum Alexātri Macedonis illud nobile, qui per deserta Africæ itinera, grauissima siti cū exercitu affectus, oblatam sibi à milite in galea aquam spectantibus vniuersis effudit, vtilior exemplo temperantiæ, quàm si communicare† potuisset.

voluisset

De distringendis hostibus. Cap. VIII.

**C**oriolanus cum ignominiam damnationis suæ bello vlcisceretur, populationem patriciorum agrorum inhibuit, deustis vastatisque plebeiorum: vt discordiam moueret, qua consensus Romanorum distringeretur.

Annibal Fabium, cui neque virtute neque artibus bellandi par erat, vt infamia distringeret, agris eius abstinuit, cæteros populatus. Cōtrā ille, ne suspecta ciuibus fides esset, magnitudine animi effecit publicatis possessionibus suis.

Fab. Maximus quintò Cos. cū Gallorum, Vmbrorum, Etruscorum, Samnitiumque, aduersus P. R. exercitus coissent, contra quos & ipse trans Apenninum montem castra cōmuniebat, scripsit Fulvio & Posthumio, qui in præsidio vrbi erant, copias ad† Sitium mouerent: quibus affecutis, ad sua defendenda Etrusci, Vmbrique descenderunt: relictos Sānites Gallosque Fabius & collega Decius aggressi vicerunt.

Samnium

M. Curius aduersus Sabinos, qui ingenti exercitu cōscripto, relictis finibus suis, nostros occupauerant, occultis itineribus manum misit, quæ desolatos agros eorum vicōsque, per diuersa incendit. Sabini ad arcendam domesticā vastitatem recesserunt. Curio contigit & vacuos infestare hostium fines, & exercitum sine prælio auertere, sparsūque cædere.

T. Didius paucitati suorum diffidens, cū in aduentū earū legionū quas expectabat trahere bellum & occurrere eis hostem comperisset, cōcione aduocata aptari iussit milites ad pugnam, ac de industria negligentius custodiri captiuos: ex quibus pauci qui profugere nunciauerunt suis pugnam imminere. At illi, ne suspicione prælij deducerent vires, omiserunt occurrere eis quibus insidiabantur: legiones tutissimè, nullo excipiente, ad Didium peruenerunt.

suspensatione prælii

Bello Punico quedā ciuitates, quæ à Romanis deficere ad Pœnos destinaue-

R rant,

rant, cum obsides dedissent, quos recipere antequam desciscerent studebant, simulauerunt seditionem inter finitimos ortam, quam Romanorum legati dirimere deberent, missosque eos velut contraria pignora retinuerunt, nec antè reddiderunt quàm ipsi recuperarent suos.

Legati Romanorū cum misissent ad Antiochū regem, qui secum Annibalem victis iam Carthaginēsis habebat, cōsiliūq; eius aduersus Romanos instruebat, crebris cum Annibale colloquiis effecerūt, vt is regi fierer suspectus, cui gratissimus alioqui erat & utilis propter calliditatē & peritiā bellandi.

Qu. Metellus aduersus Iugurtham bellum gerēs, missos ad se legatos eius corrupit, vt sibi proderent regem. Cum etiam alij venissent, idem fecit. Eodem consilio vsus est & aduersus tertios. Sed de captiuitate Iugurthę res parū processit, † viuum enim tradi sibi volebat, plurimum tamen consecutus est: nam cum interceptę fuissent epistolę eius ad regios amicos scriptę, in omnes eos rex animaduertit, spoliatusque consiliis amicos postea parare non potuit.

C. Cæsar per exceptum quendam aquatorem, cum comperisset Afranium Petreiumque castra noctu moturos, vt citra vexationem suorum, hostilia impediret consilia, in initio statim noctis vasa conclamare milites, & præter aduersariorum castra agi mulos cum fremitu, & sonum iussit cōtinuare, quos re-tentos volebat & arbitrari castra Cæsarem mouere.

Scipio Africanus ad excipienda auxilia cū com meatibus, Annibali Venticiū Termum dimisit, ipse subuenturus.

Dionysius Syracusanorum tyrannus, cum Aphri ingenti multitudine traiecturi essent in Siciliam, ad eum oppugnandum, castella pluribus locis communiit, custodibusque præcepit, vt ea aduenienti hosti dederent, dimissi que Syracusas occultè redirent. Aphris necesse fuit capta castella præsidio ibi tenere, quos Dionysius redactos ad quam voluerat paucitatem, penè iam par numero aggressus vicit, cum suos contraxisset & aduersarios sparsisset.

Agésilæus Lacedæmonius, cum inferret bellum Tysapherni, Cariam se petere simulauit: quasi aptius locis montuosis, aduersus hostem equitatu præualentem pugnaturus. Per hanc consilij ostensionem aduocato in Cariam Tysapherne, ipse Lydiam, vbi caput hostium regni erat, irrupit: oppressis que qui illic agebant, pecunia regia potitus est.

De seditione militum compescenda. Cap. IX.

*Liu. lib. 7.  
ab urb. con.  
CL. Mar-  
tium Ruti.  
habet.*

**A**. Manlius Cos. cum comperisset coniurasse milites in hybernis Campaniæ, vt iugulatis hospitibus, ipsi res eorum inuaderent, rumorem sparsit eodem loco hibernaturos: atque ita coniuratorum cōsilio turbato, Campaniam periculo liberauit, & ex occasione nocentes puniuit.

*Prope*

Lucius Sylla cum legiones ciuium Romanorum perniciose seditione furerent, consilio restituit sanitatem efferatis. † Propere enim annunciari iussit, hostem adesse, & ad arma vocantium clamorem tolli, signa canere: discussa seditio est, vniuersis aduersus hostem consentientibus.

*ab hoste  
militum*

Cn. Pompeius, trucidato ab exercitu Mediolani senatu, ne tumultū moueret, si solos euocasset nocētes, mixtos eis qui extra delictū erāt, venire iussit: ita

& noxij minore cum metu, quia non segregati, ideóque non ex causa culpæ videbantur accersiti, comparuerunt, & illi quibus integra erat cōscientia, custodiendis quoque nocentibus † attenderunt, ne illorum fuga inquinarentur.

Cæsar cum quedã legiones eius, seditionē mouissent, adeò vt in perniciem quoque ducis videretur cōsurrecturæ, dissimulato metu, processit ad milites, postulãtibúsq; missionē, vltro minaci vultu dedit: exauētoratos pœnitentia coëgit satisfacere Imperatori, obsequentioreśque in reliquum operas ædere.

Quemadmodum intempestiua postulatio pugnæ, inhibeatur. Cap. X.

**Q**. Sertorius, quòd experimēto didicerat, imparem se vniuerso Romanorū exercitui, vt barbaros quoque inconsultè pugnã exposcētes doceret, adductis in conspectū duob⁹ equis, altero præualido, altero admodum exili, duos admouit iuuenes similiter affectos, robustū & gracilé: ac robustiori imperauit, equo exili vniuersam caudã abrūpere, gracili autem, valentiolem per† singulos vellere: cūque gracilis fecisset quod imperatū erat, validissim⁹ cū in infirmi equi cauda sine effectu luctaretur, iam (inquit Sertorius) Romanorum cohortium (per hoc vobis exemplum ostendi) milites, insuperabiles sunt vniuersas aggredientibus: easdem lacerabit & carpet, qui per partes attentauerit.

Idē cū videret suos pugnæ signū incōsultè flagitãtes, crederetque rupturos imperiū nisi cōgrederetur, permisit turmę equitū ad laceffendos hostes ire, laborãtiq; submisit alias, & sic recepit omnes: tutisq; vtrisq; & sine noxa ostendit quis exitus flagitatã pugnã mãsisset: obsequētissimis inde eis vsus est.

Agésilauus Lacedæmonius cū aduersus Thebanos castra super ripam posuisset, multoq; maiorem hostium manū esse intelligeret, & ideo suos arce-re à cupiditate decernendi vellet, dixit responso deūm se ex collibus pugnare iussum: & ita exiguo præsidio ad ripam posito accessit in colles. Quod Thebani pro metu interpretati transierunt flumen, & cū facile depulissent præsidium, cæteros insecuti auidius, iniquitate locorum à paucioribus victi sunt.

Scorylo dux Dacorū cū sciret dissociatū armis ciuilib⁹ populū Rom. neque tamē tentandum arbitraretur, quia externo bello posset cōcordia in ciues coalescere, duos canes in cōspectu populariū commisit, hisq; acerrimè inter ipsos pugnantibus, lupum ostendit, quē protinus canes, ommissa inter se ira, aggressi sunt, quo exemplo, prohibuit barbaros ab impetu Romanis profuturo.

Quemadmodum sit incitandus exercitus ad prælium. Cap. XI.

**M**. Fabius & Cn. Mālius Coss. aduersus Hetruscos ppter seditiones detre-tante præliū exercitu, vltro simularūt cūctationē, donec milites probris hostium coacti, pugnam deposcerent, iurarentq; se ex ea victores redituros.

Fulvius nobilior cū aduersus Samnitiū numerosum exercitū, & successib⁹ tumidū, paruis copiis necesse haberet decertare, simulauit vnã legionē hostiū à se corruptã ad proditionē: imperauitq; (ad eius rei fidē) tribunis, & primis ordinib⁹ & centurionib⁹ quantū quisque numeratæ pecunię, aut auri argētique haberet, conferret, vt repræsentrari merces proditoribus posset: se autem his qui contulissent pollicitus est, consummata victoria, ampla insuper præmia daturum. Quæ sua persuasio Romanis alacritatem attulit & fiduciam: vnde

accesserunt

1703



singula

Scorio

etiam præclara victoria, commisso statim bello peracta est.

*decimã co-  
geret, &  
ceteros pu-  
deret*

C. Cæsar aduersus Germanos & Ariouistum pugnaturus, confusis suorum animis, pro cõcione dixit, nullius se eo die opera nisi decimæ legionis vsurum: quo consecutus est, vt†decimani, tanquàm præcipuæ fortitudinis testimonio †cogerentur, & cæteri pudore, ne penès alios gloria virtutis esset.

Q. Fabius, qui egregiè sciebat, & Romanos eius esse libertatis, quæ contumelia exasperaretur, & à Pœnis nihil iustū aut moderatū expectabat, misit legatos Carthaginē, de cõditionibus pacis: quas cum illi iniquitatis & insolētia plenas retulissent, exercitus Romanorum ad pugnandum concitatus est.

Agefilaus Lacedæmoniorū dux, cū propè ab Orchomeno socia ciuitate castra haberet, cõperissetque pleròsq; ex militib⁹ præciosissima rerū deponere intra munimēta, præcepit oppidanis, ne quid ad exercitū suū pertinens reciperetur, quo ardētius dimicaret miles, qui sciret sibi pro omnib⁹ suis pugnādum.

Epaminūdas dux Thebanorū aduersus Lacedæmonios dimicaturus, vt nō solū virib⁹ milites sui, verū etiā affectib⁹ adiuuarētur, pronūciauit in cõcione, destinatū Lacedæmoniis si victoria potirētur, omnes virilis sexus interficere, vxoribus autem eorū & liberis in seruitutē adductis, Thebas diruere, qua denūciatione concitati, primo impetu Thebani Lacedæmonios expugnauerunt.

Eutidas dux Lacedæmoniorum pugnaturus eodem die, quo classe vicerant socij, quamuis ignarus actæ rei, vulgauit nunciatam sibi victoriã partium, quo constantiores ad pugnam milites haberet.

Aulus Posthumius prælio quo cum Latinis cõfligit, oblata specie duorum in equis iuuenum, animos suorum erexit, Pollucem & Castorem adesse dicēs, ac sic prælium restituit.

Archidamus Lacedæmonius aduersus Arcadas bellum gerens, arma in castris statuit, & circa ea duci equos noctu clàm imperauit: quorum vestigia manē (tanquam Castor & Pollux perequitasent) ostendens, ad futuros eosdem ipsis præliantibus persuasit.

*locum*

Pericles dux Atheniensium initurus prælium, cū animaduertisset lucum, ex quo vtraque acies conspici poterat, dēsissimæ opacitatis, vastum alioqui & Diti patri sacrum, ingentis illic staturæ hominem, altissimis cothurnis, & veste purpurea, coma venerabilem in curru candidorum equorū sublimem constituit, qui dato signo pugnae, proucheretur: & voce Periclem nomine appellans, cohortaretur eum, diceretque deos Atheniensibus adesse: quo penèt primo coniectu teli hostes terga dederunt.

*ante conie-  
ctum*

L. Sylla, quo paratiorem militem ad pugnandum haberet, prædici sibi à diis futura simulauit. Postremò etiam in conspectu exercitus, priusquam in aciem descenderet, signum modicæ amplitudinis, quod Delphis sustulerat orabat, petebátque vt promissam victoriam maturaret.

*magam  
Scythia*

C. Marius †sagam quandam ex†Syria habuit, à qua se dimicationum euentus prædiscere simulabat.

Q. Sertorius, cū barbaro, & rationis indocili milite vteretur, ceruã candidã insignis formæ per Lusitaniã ducebat, & ab ea, quæ agēda aut vitāda essent, prænoscere

prænoscere se asseuerabat, vt barbari ad omnia tanquam diuinitus imperata obedirent.

Hoc genere Strategematicôn non ea tantum parte vtendum est, qua imperitos existimabimus esse, apud quos his vtetur, sed multò magis ea, quæ talia erunt, excogitabuntur, vt ab his monstrata credantur.

Alexander Macedo sacrificaturus, inscripsit medicamento aruspiciæ manum, quam ille extis erat suppositurus: literæ significabant victoriam Alexandro dari, quas cum iecur calidum rapuisset, & à rege militi esset ostensum, auxit animum, tanquam deo spondente victoriam.

Idem fecit Innidestarus pex, prælium Eumene cum Gallis commissuro. *Indas*

Epaminundas Thebanus, aduersus Lacedæmonios fiduciam suorum religione adiuuandam ratus, arma quæ ornamentis affixa in templis erant, nocte subtraxit, persuasitq; militib<sup>9</sup>, deos iter suû sequi, vt præliatibus ipsis adessent.

Agésilæus Lacedæmonius, cum quosdam Persarum cepisset, quorum habitus multum terroris præfert, quoties veste tegitur, nudatos militibus suis (vt alba corpora & vmbatica contemnerent) ostendit.

Gelo Syracusarû tyrannus bello aduersus Pœnos suscepto, cum multos cepisset, infirmisimû quæque præcipuè ex auxiliariis qui nigerrimi erant, nudatum in conspectu suorum produxit, vt persuaderet contemnendos. *auxiliariis*

Cyrus rex Persarum, vt concitaret animos popularium, tota die in excidenda quadam sylua eos fatigauit, deinde postridie præstitit eis liberalissimas epulas, & interrogauit, vtro magis gauderët: cumque ei præsentia probassent: At qui per hæc (inquit) ad illa perueiendum est. Nam liberi beatique esse, nisi Mædos viceritis, non potestis: atque ita eos ad cupiditatem prælij concitauit.

L. Sylla quia aduersus Archelaum præfectum Mithridatis, apud Pyrea pigrioribus ad prælium militibus vtatur, opere eos fatigando, compulit ad poscendum vltro pugnae signum.

Fabius Maximus veritus, ne qua fiducia nauium, ad quas refugiû erat, minus constanter pugnaret exercitus, incendi eas, priusquam iniret prælium, iussit.

De dissoluendô metu quo milites ex aduersis omnibus conciderunt. Cap. XII.

**S** Cipio ex Italia in Aphricam transportando exercitum, cum egrediens nauem prolapsus esset, & ob hoc attonitos milites cerneret, id quod trepidationem afferebat, constantia & magnitudine animi, in hortationem cõuertit: Et ludite (inquit) milites, Aphricam oppressi.

C. Cæsar cum fortè conscendens nauem lapsus esset, Teneo te terra mater (inquit) qua interpretatione effecit, vt repetiturus illas à quibus proficiscebatur terras videretur. T. Sépronius Gracchus Cos. acie aduersus Picentes directâ, cû subitus terremotus vtrasq; partes cõfudisset, exhortatione cõfirmavit suos, & impulit, vt cõsternatû superstitione hostem inuaderët, adhortatûsque deuicit.

Sertorius, cum equitum scuta extrinsecus, equorumque pectora cruenta subito prodigio apparuissent, victoriam portendi interpretatus est, quoniam illæ partes solerent hostili cruore respergi.

Epaminundas Thebanus contristatis militibus, quòd ex hasta eius ornamentum infulæ more dependens, ventus ablatum in sepulchrum Lacedæmonij cuiusdam depulerat: Nolite (inquit) milites trepidare, Lacedæmonis significatur interitus. Sepulchra enim funeribus ornantur.

Idem cùm fax de cœlo nocte delapsa, eos qui aduerterunt terruisset: Lumen (inquit) hoc numina ostendunt.

Idem instante aduersus Lacedæmonios pugna, cùm sedile in quo resederat, succubuisset, & id vulgò pro tristi significatione cõfusi milites interpretarentur, Immo (inquit) vetamur sedere.

Lu. Sulpitius Gallus defectum Lunæ imminentem, ne pro ostento exciperent milites, prædixit futurum, additis rationibus causisque defectionis.

Agathocles Syracusanus aduersus Pœnos simili eiusdem sideris diminutione, qua sub diem pugnæ, vt prodigio milites sui consternati erant, ratione qua id accideret exposita, docuit quicquid illud foret, ad rerum naturam, non ad ipsorum propositum pertinere.

Pericles, cùm in castra eius fulmen decidisset, terruissetque milites, aduocata concione, lapidibus in conspectu omniũ collisis, ignem excussit, sedauitque turbationem, cùm docuisset similiter nubium attritu excuti fulmen.

Timotheus Atheniensis, classe dimicaturus aduersus Corcyreos, gubernatori suo qui proficiscenti iam classi signum receptui cœperat dare, quia ex remigibus quendam sternutantem audierat, Miraris (inquit) ex tot millibus vnum perfrixisse.

Chalabrias Atheniensis classe dimicaturus, excusso ante nauem ipsius fulmine, exterritis per tale prodigium militibus, Nunc (inquit) potissimum iucunda pugna est, cùm deorum maximus Iupiter adesse numen suum classi nostræ ostendit.

militibus

## FINIS PRIMI LIBRI.



## SEXTI IULII FRON-

TINI VIRI CONSULARIS STRA-  
tegematum libri secundi præfatio.



Ispositis primo libro exemplis instructuris (vt mea fert opinio) du-  
cem, in his quæ ante † commissum prælium agenda sunt, deinceps  
reddemus pertinentia ad ea quæ in ipso prælio agi solent, & deinde  
ea quæ post prælium: & eorū quæ ad prælium pertinent species sunt.

iustum

DE TEMPORE AD PVGNAM  
eligendo. Cap. I.



Vblius Scipio in Hispania, cū cōperisset Hasdrubalem Pœ-  
norum ducem ieiuno exercitu manè processisse in aciem, con-  
tinuit in horam septimam suos: quibus præceperat, vt quiesce-  
rent, & cibum caperent: cumque hostes, inedia, siti, mora sub  
armis fatigati, repetere castra cœpissent, subitò copias eduxit,  
& commissò prælio vicit.

Metellus Pius in Hispania aduersus Herculeium, cum ille oriente protinus  
die instructam aciem vallo eius admouisset, feruidissimo tunc tempore anni,  
intra castra suos continuit, in horam diei sextam, atque ita fatigatos æstu, fa-  
cilè integris & recentibus vicit suorum viribus.

Idem iunctis cum Pompeio castris aduersus Sertorium in Hispania, cū  
sæpe instruxisset aciem, hoste, qui imparem se duobus credebat, pugnam de-  
trectante: quodam deinde tempore, quum Sertorianos milites animaduertif-  
set magno impetu instinctos deposcentes pugnam, humerósque exercentes,  
& lanceas vibrantes, existimauit ardori cedendum in tempore, recepítque ex-  
ercitum, & Pompeio idem faciendi autor fuit.

Posthumius Cos. in Sicilia, cū castra eius à Punicis trium milium passuum  
spacio distarent, & dictatores Carthaginensium quotidie ante ipsa munimenta  
Romanorum, dirigerent aciem, exigua manu leuibus assidue præliis pro vallo  
resistebat: quam consuetudinem contemnente iam Pœno, reliquis omnibus  
per quietem intra vallum præparatis, ex more pristino, cum paucis sustinuit  
incursum aduersariorum, ac solito diutius detinuit, quibus fatigatis post sextam  
horam, etiam se recipientibus, & cum inedia quoque laborarent, per recentes  
suos, hostem, quem prædicta profligauerant incommoda, fugauit.

Iphicrates Atheniensis quia explorauerat, eodē assidue tēpore hostes cibū  
capere, maturius vesci suos iussit, & eduxit in aciem, aggressusque hostem ita  
detinuit, vt ei nec configendi, nec abeundi daret facultatem. Inclinato deinde  
iam die reduxit suos, & nihilominus in armis retinuit: fatigati hostes non sta-  
tione magis quàm inedia, statim ad corporis curam & cibum capiendum fe-  
stinauerūt: Iphicrates rursus eduxit, & incompositi hostis aggressus est castra.

Idem

iffert

Idem cum aduersus Lacedæmonios pluribus diebus castra cominus haberet, & vtraque pars certis temporibus assidue pabulatū lignatūque pcederet, quodā die militū habitu, seruos lixasque dimisit ad munera, milites retinuit, & cum hostes dispersi essent ad similia munera, expugnauit castra eorum, inermesque cum fasciculis passim ad tumultum recurrentes, facile aut cecidit, aut cepit.

Verginius Cos. in Volscis cum procurrere hostes effusos ex longinquo vidisset, quiescere suos ac defixa tenere pila iussit. Tunc anhelantes, integris viribus exercitus sui aggressus auertit.

Fab. Max. non ignarus Gallos & Samnites primo impetu præualere, suorum autem infatigabiles spiritus, inter moras decertandi etiam incalescere, imperauit militibus, ut contenti essent primo congressu sustinere, ut hostem mora fatigaret: quod ubi successit, admoto etiam subsidio suis, in prima acie vniuersis viribus oppressum fudit hostem.

Philippus ad Cheroniam, memor sibi esse militem longo usu duratum, Atheniensibus acrem quidem, sed exercitatum & impetu tantum violentum, ex industria prælium traxit: moxque languentibus iam Atheniensibus, concitatius intulit signa, & ipsos cecidit.

Lacedæmonij certiores ab exploratoribus facti, Messenios in eam exarsisse rabiē, ut in præliū cum coniugibus ac liberis descenderent, pugnam distulerunt.

C. Cæsar bello ciuili cum exercitum Afranij & Petreij circumuallatum, siti angeret, isque ob hoc exasperatus, interfectis omnibus impedimentis ad pugnam descendisset, cōtinuit suos, arbitratus alienū dimicationi tempus, quod aduersarios & ira & desperatio incenderat.

decernendi

Cn. Pompeius fugientem Mithridatem, cupiens ad prælium compellere, elegit tempus dimicationi nocturnum, ut abeunti se opponeret: atque ita præparatus, subitam hostibus necessitatem decertandi iniecit. Præterea sic constituit aciem, ut Pōticorum quidē oculos aduersa luna perstringeret, suis autem illustrem & conspicuum præberet hostem.

Iugurtham autem constat memorem virtutis Romanorum, semper inclinato die committere prælia solitum, ut si fugarentur sui, oportuna noctem haberent ad delitescendum.

Lucullus aduersus Mithridatem & Tigranem, in Armenia maiore apud Tigrano certam, cum ipse non amplius xv. millia armatorum haberet, hostis autem innumerabilem multitudinem, eoque ipso inhabilem, usus hoc eius incommodo, nondum ordinatam hostium aciem inuasit, atque ita protinus dissipauit, ut ipsi quoque reges abiectis insignibus fugerent.

Cl. Tiberius Nero aduersus Pannonios, cum barbari feroces in aciem oriente statim die processissent, cōtinuit suos, passusque est suos nebula & imbribus qui fortē illo die crebri erant, verberari, ac demum ut fessum stando & pluuia non solum animo, sed & lassitudine deficere animaduertit, signo dato adortus superauit.

C. Cæsar in Germania, quia cōpererat Ariouisto Germanorum regi institutū, & quasi legem militibus non pugnandi decrecente luna, tum potissimum acie commissa

commiffa impeditos religione hoftes vicit.

D. Aug. Vefpafianus, Iudæos Saturni die, quo eis nefas eft quicquam feriæ rei agere, adortus fuperavit.

Lyfander Lacedæmonius aduerfus Athenienfes apud † Aegæopotamon <sup>Aegæopo-  
tamum</sup> inftituit certo tempore infeltari naues Atheniefium, deinde reuocare claffem, qua re in confuetudinem perducta, cùm Athenienfes poft digreffum eius ad contrahendas copias difpergerentur, extendit ex confuetudine claffem, & recepit. Tum hoftium maxima parte ex more dilapfa, reliquos adortus occidit, & vniuerfas naues cepit.

De loco ad pugnam eligendo. Cap. II.

**M**Arcus Curius, quia phalangi regis Pyrrhi explicatè refifti non poffe animaduertebat, dedit operam, vt in anguftiis confligeret, vbi conferta fibi ipfa efferet impedimento.

Gn. Pompeius in Capadocia elegit locum castris æditum, vnde adiuuante procliuio impetum militum, facilè ipfo decurfu Mithridatem fuperavit.

C. Cæfar aduerfus Pharnacem Mithridatis filium dimicaturus, in colle inftituit aciem, quæ res expeditam ei fecit victoriam. Nam pila ex ædito in subeuntes barbaros emiffa, protinus eos auerterunt.

Lucullus aduerfus Mithridatem & Tygranem, in Armenia maiore, apud Tigranocertam dimicaturus, collis proximi planū verticem raptim cum copiarum parte adeptus, in fubiectos hoftes decurrit, & equitatum eorum à latere inuafit, aduerfūque, & eorūdem partem peditum perturbatam in fequutus, clariffimam victoriam retulit.

Ventidius aduerfus Parthos nō antè militē eduxit, quàm illi quingentis nō amplius paffib<sup>9</sup> abeffent, atq; ita pcurfione fubita adeo fe admouit, vt fagittas quibus ex longinquo vfus eft, cominus applicitus eluderet: quo confilio, quia quandam fiducia etiam fpeciem oftentauerat, celeriter barbaros debellauit.

Hannibal apud † Numiftronem, contra Marcellum pugnaturus, cauas & præruptas vias obiecit à latere, ipfâque loci natura pro munimentis vfus, clariffimum ducem vicit. <sup>Numiftrone-  
nem.</sup>

Idem apud Cannas cùm comperiffet Volturnum amnem, vltra reliquorū naturam fluminum ingentes auras mane perflare, quæ arenarum & pulueris vertices agerent, fic direxit aciem, vt tota vis à tergo fuis, Romanis in ora & oculos incideret: quibus incommodis mirè hofti aduerfantibus, illam memorabilem adeptus eft victoriam.

Marius aduerfus Gymbros ac Theutonoscōftituta die pugnaturus, firmatum cibo militem ante castra collocavit, vt per aliquantum spacij, quo aduerfarij dirimebantur, exercitus hoftium potius labore itineris profligaretur: fatigationi eorum deinde incōmodum aliud obiecit, ita ordinata fuorum acie, vt aduerfo fole, & vento & puluere barbarorum occuparetur exercitus.

Cleomenes Lacedæmonius aduerfus Hippiam Athenienfem, qui equitatu præualebat, planiciem in qua dimicaturus erat, arboribus prostratis impediuit, & inuiam equiti fecit.

Iberi

Iberi in Africa ingenti hostium multitudine excepti, timentesque ne circumirentur, applicuerunt se flumini, quod altis in ea regione ripis profuebat: qui ita à tergo amne defensi, & subinde cum virtute præstarent, incurfando in proximos, omnem hostium exercitum strauerunt.

Xantippus Lacedæmonius sola loci cōmutatione, fortunā Punici belli conuertit: nā cū desperātibus iam Carthaginē sibī mercede sollicitatus, animaduertisset Afros quidē qui equitatu & elephātis præstabant, colles sectari: à Romanis autē, quorū robur in peditibus erat, cāpestria teneri, Pœnos in plana deduxit: vbi per elephātos, dissipatis ordinibus Romanorū, sparsos milites per Numidas persecutus, eorū exercitum fudit. in illā diem terra marique victorem.

Epaminūdas dux Thebanorū, aduersus Lacedæmonios directurus aciē, pro frōte eius decurrere equitibus iussis, cū ingētē puluerē oculis hostiū obiecisset, expectationēq; equestris certaminis prætedisset, circumducto pedite ab ea parte ex qua decursus in aduersā hostiū aciē ferebat, inopinātū terga adortus cecidit.

Lacedæmonij ccc. contra innumerabilem multitudinem Persarum, Thermopylas occupauerunt, quarum angustia non amplius, quam parem numerum cominus pugnaturū, poterant admittere: eaque ratione quantum ad congressus facultatem, æquati numero barbarorum, virtute autem præstantes, magnam eorum partem occiderunt: nec superati forent, nisi per proditorem Ephyaltem Trachiniam circumductus hostis, à tergo eos oppressisset.

Themistocles dux Atheniēsiū cū videret vtilissimū Græcię, aduersus multitudinē Xerxis nauium, in angustiis Salaminis decernere, idq; persuadere ciuibus non posset, solertia effecit vt barbaris, ad utilitates suas Græci compellerentur, simulata nāque prodicione, misit ad Xerxem, qui indicaret populares suos de fuga cogitare, difficilioremque rem ei futurā, si singulas ciuitates obsidione aggredereetur. Qua ratione effecit vt exercitus Barbarorū primum inquietaretur, dum tota nocte in statione custodia est: deinde, vt sui manē integris viribus, cum dictis barbaris vigilia marcentibus confligerent, loco vt voluerat arcto, in quo Xerxes multitudine, qua præstabat, vti non posset.

De aciē ordinanda.

Cap. III.

**C**neus Scipio in Hispania aduersus Hannonem ad oppidum Indibilem, cū animaduertisset Punicam aciē ita directā, vt in dextro cornu Hispani constituerentur, robustus quidem miles, sed qui alienum negotium ageret: in sinistro autem Afri minus viribus firmi, sed animi cōstantioris, reducto sinistro latere, suorum dextro cornu, quod validissimis militibus extruxerat, obliqua aciē cum hoste cōfluxit. Deinde, fuis fugatisque Afris, Hispanos, qui in recessu spectantium more steterant, facile in deditiōnem compulit.

Philippus Macedonum rex aduersus Illyricos gerens bellum, vt animaduertit frontem hostium stipatam, electis de toto exercitu viris, latera infirmiora, fortissimis suorum in dextro cornu collocatis, sinistrum latus hostium inuasit, turbatāque aciē tota, victoriā profligauit.

Pammenes

Pammenes Thebanus, cōspecta Persarū aciē, que robustissimas copias in dextro cornu collocatas habebat, simili ratione et ipse suos ordinauit, omnēq; equatū,

&

& fortissimum quęque peditum in dextro cornu, infirmissimos autem contra fortissimos hostium posuit, præcepitque vt ad primum impetum eorum sibi fuga consulerent, & in syluestria confragosaque loca se reciperent: ita frustrato robore exercitus, ipse optima parte virium suarum, dextro cornu, totam circuiuit aciem hostium & euertit.

P. Cor. Scipio, cui postea Africano cognomen fuit, aduersus Asdrubalem ducem Pœnorum in Hispania bellum gerens, ita per continuos dies ordinatū produxit exercitum, vt media acies fortissimis fundaretur: sed cū hostes quoque eadem ratione assidue ordinati procederent, Scipio eo die quo statuerat decernere, commutauit instructionis ordinem, & firmissimos, id est, legionarios in cornibus collocauit, ac leuem armaturam in media acie, sed retractatā: ita cornibus quibus ipse præualebat infirmissimas hostium partes lunata acie aggressus facilè fudit.

Metellus in Hispania eo prælio quo Herculeium deuicit, cum comperisset cohortes eius, quę validissimæ vocabantur, in media acie locatas, ipse mediam suorum aciem reduxit, ne eam partem antè cum hoste configeret, quàm cornibus configatis, medios vndique cirunuenissent.

Artaxerxes aduersus Græcos, qui Persidam intrauerant, cum multitudine superaret, latius quàm hostes acie instructa, in fronte equitem, leuēque armaturam in cornibus collocauit, atque ita ex industria lentius procedēte media acie, copias hostium cinxit ceciditque.

Contrà Annibal ad Cannas reductis cornibus productaque media acie, nostros primo impetu protrusit. Idem conferto prælio, paulatim inuicem sinuantibus, procedentibusque ad præceptum cornibus, auidè insequentem hostem in mediam aciem suam recepit, & ex vtraque parte compressum cecidit, veterano & diu edocto vsu exercitu: hoc enim genus ordinationis exequi, nisi peritus, & ad omne momentum respondens miles, vix potest.

Liuius Salinator & CL. Nero cū Asdrubal bello Punico secundo decertandi necessitatem euitans in colle cōfragoso post vineas aciem direxisset, ipsi reductis in latera viribus, vacua fronte ex vtraque parte circumuenerūt eum, atque ita aggressi superauerunt. Annibal quum frequētibus præliis à CL. Marcello superaretur, nouissime sic castra metabatur, vt aut montibus, aut paludibus, aut simili locorum aliqua oportunitate adiutus, aciem eo modo collocaret, vt vincentibus quidem Romanis, penè indemne recipere posset intra munimenta exercitum, cedentibus autem, instandi liberum haberet arbitrium.

Xantippus Lacedæmonius in Africa aduersus M. Attilium Regulum leuem armaturam in prima acie collocauit, in subsidio autem robur exercitus, præcepitque auxiliaribus, vt emissis telis cederent hosti: & cum se intra suorum ordines recepissent, confestim in latera discurrerent, & à cornibus rursus eriperent, exceptumque iam hostem à robustioribus & ipsi circumirent.

Sertorius idē in Hispania aduersus Pompeium fecit. Cleandridas Lacedæmonius aduersus Lycaonas densam instruxit aciem, vt longe minoris exercitus speciem præberet: securioribus inde hostib⁹, in ipso certamine diduxit ordines

dines à lateribus circumuentos eos fudit.

Castronius Lacedæmonius, cum in auxilium Aegyptiis aduersus Persas venisset, & sciret firmiorem esse Græcū militem, magisque à Persis timeri, cōmutatis armis Græcos in prima posuit acie, & cū illi æquo Marte pugnarēt, submitit Aegyptiorū manum: Persæ cū Græcis, quos Aegyptios opinabantur, restitissent, superueniente multitudine, quā vt Græcorum expauerant, cesserunt.

Cn. Pompeius in Albania, quia hostes & numero & equitatu præualebāt, iuxta collem in angustiis protegere galeas, ne fulgore earum conspicui fierēt, iussit equites: deinde in æquum procedere, ac velut prætendēte peditibus, præcepitque eis vt ad primum impetū hostium refugerent, & simul ac ad pedites vētū esset, in latera discederēt: quod vbi explicitū est, patefacto loco subita peditū surrexit acies, inuectōsq; temere hostes, inopinato, interfusa prælio cecidit.

M. Antonius aduersus Parthos, qui infinita multitudine sagittarum exercitum eius obruebant, subsidere suos, & testudinem facere iussit, supra quam transmisis sagittis, sine militum noxa exhaustus est hostis.

Annibal aduersus Scipionē in Aphrica, cum haberet exercitum ex Pœnis & auxiliariis, quorū pars non solūm ex diuersis partibus, sed etiā ex Italicis cōstabat, post elephātos lxxx. qui in prima frōte positi hostiū turbarēt aciem, *Barbaros* auxiliares Gallos & Lygures & † Baleares Maurōsq; posuit, vt nō fugere possent, Pœnis à tergo stātibus, & hostē oppositi si nō infestarent, at certē fatigaret, tum suis & Macedonibus, qui iam fessos Romanos integri exciperēt, in summa acie collocatis, nouissimos Italicos constituit, quorū & timebat fidem & segnitiam verebatur, quoniā plerōsq; eorū ab Italia inuitos extraxerat. Scipio aduersus hanc formam, robur legionis, triplici acie in fronte ordinatū per hastatos & principes & triarios opposuit, nec continuas construxit cohortes, sed manipulis inter se distantibus spacium dedit, per quod elephantibus acti facilē trāsmitti sine perturbatione ordinum possent: ea ipsa interualla expeditis velitibus impleuit, ne interluceret acies, dato eis præcepto, vt ad impetum elephantorū, vel † retro vel in latera concederent. Equitatum deinde in *recta* cornua diuisit, & dextro Romanis equitibus Lælium, sinistro Numidis Masinissam præposuit: quæ tam prudens ordinatio, non dubiæ causæ victoriæ fuit.

Archelaus aduersus L. Syllā, in frōte ad perturbādū hostē falcatas quadrigas locauit, in secūda acie phalāgem Macedonicam, in tertia Romanorū more armatos auxiliares, mixtis fugitiuis Italicæ gentis, quorū † peruicacię plurimum fidebat, leuē armaturā in vltimo statuit. In vtroq; deinde latere equitatum, cuius amplū numerū habebat, circūeundi hostis causa posuit. Cōtra hæc Sylla fossas amplæ latitudinis in vtroque latere duxit, & capitib<sup>9</sup> earū castella cōmuniuit: qua ratione, ne circūiretur ab hoste, & peditū numero, & maxime equitatu superate, cōsecutus est. Triplicē deinde peditū aciē ordinauit, relictis interuallis, per leuem armaturā, & equitem, quē in nouissima collocauerat, vt cū res exigisset emitteret eum: † tum prosignanis, qui in secunda acie erāt imperauit, vt *pernitati* densos numerosōsq; palos firmē in terram defigerent, interque eos, appropinquantibus quadrigis ante signa nostrā aciem recepit, tum demum sublato *cum postsignanis* vniuersorū

vniuersorum clamore velites & leuem armaturam ingerere tela iussit, quibus factis quadrigæ hostium aut implicitæ palis aut exterritæ clamore telisque, in suos conuersæ sunt, turbaueruntque Macedonum instructuram: qua cedente cum Sylla staret & Archelaus equitem opposuisset, Romani equites subito emissi auerterunt eos consummaruntque victoriam.

G. Cæsar Gallorum falcatas quadrigas eadem ratione palis defixis excepit inhibuitque.

Alexander ad Arbela cum hostium multitudinem vereretur, virtuti autem suorum fideret, aciem in omnem partem spectatam ordinavit, ut circumuenti, vndique pugnare possent.

Paulus aduersus Persem Macedonum regem, cum phalangem suorum duplicem, mediã in partem direxisset, eamque leui armatura cinxisset, & equitẽ in vtroque cornu collocasset, triplicem aciem cuneis instruxit, inter quos subinde velites emisit. Quo genere cum profligari nihil videret, cedere instituit, ut hac simulatione perduceret hostes in confragosa loca, quæ ex industria captauerat. Cum sic quoque suspecta calliditate recedentiũ, sequeretur ordinata phalanx, equites à sinistro cornu præter ora phalangis iussit transcurrere, citatis equis tectis, ut obiectis armis ipso impetu præfringerent hostium spicula: quo genere telorum exarmati Macedones soluerunt aciem, & terga verterunt.

Pyrrhus pro Tarentinis apud Asculum, secundum Homericum versum quo pessimi in medium recipiuntur, dextro cornu Samnitas Epirotasque, sinistro Brutios atque Lucanos cum Salentinis, in media acie Tarentinos collocavit, equitatum & elephantos in subsidiis esse iussit. Contra Coss. aptissimè diuisis in cornua equitibus, legiones in prima acie & in subsidiis collocarunt, & his immiscuerunt auxilia. Vtrinque xl. millia constat fuisse, Pyrrhi dimidia pars exercitus amissa, apud Romanos quinque millia desiderata sunt.

Cn. Pompeius aduersus C. Cæsarem palustri prælio Pharsaliæ triplicem instruxit aciem, quarum singulæ denos ordines haberent in latitudinem. Legiones secundum virtutem cuiusque firmissimas in cornibus & in medio collocavit, spacia his interposita tyronibus suppleuit, dextro latere DC. equites, propter flumen Enipeum, quod & alueo suo & alluie regionem impedierat, reliquum equitatum in sinistro cornu cum auxiliis omnibus collocavit, ut inde Iulianum exercitum circuiret. Aduersus hanc ordinationem Iulius Cæsar & ipse triplice acie, dispositis in fronte legionibus, sinistram latus, ne circuii posset, admouit paludibus. In dextro cornu posuit equitem, cui velocissimos miscuit peditum, & ad morem equestris pugnae exercitatos, sed deinde cohortes in subsidio retinuit, ad res futuras: sed dextro latere conuersas in obliquum, unde equitatum hostium expectabat, collocavit: nec vlla res ad victoriam plus eo die Cæsari contulit: effusum namque Pompei equitatum inopinato subinde lati excursu auerterunt, cadendumque tradiderunt.

Imperator Cæs. Germanicus, cum subinde Catij equestre prælium, in sylvas refugiendo reducerent, iussit suos equites, simul atque ad impedimenta ventum esset, equis desilire, pedestriq; pugna cõfligere: quo genere cõsequutus est

S ne quis

enilloga

palestrialis  
alias, palæ  
pharsali

diducant

ne quis non locus eius victoriam miraretur.

C. Duillius cum videret graues suas naues mobilitate Punicæ classis eludi, irritamque virtutem militum fieri, excogitavit manus ferreas, quæ ubi hostilem apprehenderent nauem, superiecto ponte, transgrediebatur Romanus, & in ipsorum ratibus cominus trucidabat.

De acie hostium turbanda. Cap. III.

**P**Apyrius Cursor, filius cōsulis, cum æquo Marte aduersus obstinatos Samnites concurreret, ignorantibus suis præcepit Spurio Naucio, vt pauci calones, & agasones mulis infidentes, ramósque per terram trahentes, à colle transuerso magno tumultu decurrerēt: quibus prospectis proclamauit victorem adesse collegam, vt occuparent ipsi præsentis prælij gloriam: quo facto & Romanis fiducia concitatis, propulere, propulsi terga vertere.

F. Rutilius Maximus, quarto consulatu in Samnio, omni modo frustra conatus aciem hostium perumpere, nouissimè hastatos subduxit ordinibus, & cum Scipione legato suo circummisit, iussitque collem capere, ex quo decurri poterat in hostium terga: quod ubi factum est, Romanis creuit animus, & Samnites perterriti fugam molientes cæsi sunt.

Minutius Ruffus Imp. cum à Scordiscis Dacisque premeretur, quibus impar erat numero, præmisit fratrem & paucos equites vnà cū æneatoribus: præcepitque, vt cum vidisset contractum prælium, subitus ex diuerso se ostenderet, iuberetque æneatores concinere: sonantibus montium iugis, species ingentis multitudinis offusa est hostibus, qua perterriti dedere terga.

*Agellius*

Acilius Glabrio Cos. aduersus Antiochi regis acie, quam is in Achaiam per angustias thermopylarum direxerat, iniquitatibus loci non irritus tantum, sed cum iactura quoque repulsus esset, nisi circummissus ab eo Porcius Cato qui tunc tribunus militum à populo factus in exercitu erat, deiectis, iugis Callidromi montis, Aetolis, qui præsidio tenebantur, supereminentem castris regiis collem, à tergo subitus apparuisset: quo facto perturbatis Antiochi copiis, utrinque irrupere Romani, & fuis fugatisque castra ceperunt.

*Callidromi  
Aetolis*

C. Sulpitius Petreius Cos. contra Gallos dimicaturus, iussit miliones clam in montes proximos cum mulis abire, & inde conferto iam prælio, velut equis infidentes ostentare se pugnantibus: quare Galli existimantes aduentare auxilia Romanis, cessere, iam penè victores.

Marius circa aquas Sextias, cum in animo haberet postera die depugnare aduersus Theutonos, Marcellum cum parua manu equitum peditumque noctu post terga hostium misit, & ad implendam multitudinis speciem, agasones lixasque armatos simul ire iussit, iumentorumque magnam partem instratorum cum centunculis, vt per hoc facies equitatus obiiceretur, præcepitque vt cum animaduertissent committi prælium, ipsi in terga hostium descenderent: qui apparatus tantum terroris intulit, vt asperrimi hostes in fugam versi sint.

*Calamarcum  
Castum et  
Tanonicum.*

Licinius Crassus fugitiuorum bello apud Calamarcum educturus militem, aduersus Castum & Canimocum duces Gallorum, xij. cohortes cum C. Proptino & cum Marcio Ruffo legatis post motum circummisit: quæ cum commisso iam prælio, à

tergo



tergo clamore iam sublato, decurrissent, ita fuderunt hostes, ut vbiq; fugam pro pugna capefferent.

Marcellus cum vereretur ne paucitatem eius, militum clamor detegeret, simul lixas calonésque, & omnis generis sequelas conclamare iussit, atque ita hostem magni exercitus specie exterruit.

Valerius Leuinus aduersus Pyrrhum, occiso quodam gregali, tenens gladium cruentum, exercitui vtrique persuasit Pyrrhum interemptum. Quamobrem hostes destitutos se ducis morte credentes, consternati à mendacio, se puidi in castra receperunt.

Iugurtha in Numidia aduersus C. Marium, cum Latinæ quoque linguæ vsu ei cōuersatio pristina castrorū dedisset, in primam aciē procurrit, & occisum à se C. Mariū tum Latinè clamare cœpit, atq; ita multos nostrorū auertit.

Myronides Atheniensis dubio prælio aduersus Thebanos rem gerens, repente in dextro suorum cornu profiliit, & exclamauit se iam sinistro vicisse: qua re & suis alacritate & hostibus metu iniecto vicit.

Croesus præualido hostiū equitatu camelorū gregē opposuit: quorū nouitate & horrore cōsternati equi, non solūm insidentes præcipitauerunt, sed perditum quoque suorum ordines pertriuerunt, vincendósque hosti præbuerunt.

Pyrrhus Epirotarum rex, pro Tarentinis aduersus Rom. eodem modo elephantis ad perturbandam aciē vsus est.

Pœni quoq; aduersus Romanos idē fecerūt frequēter. Volscorū castra cum prope virgulta syluásq; posita essent, Camillus ea omnia, quæ cōceptū ignem vsque in vallum proferre poterant, incendit, & sic aduersarios exiit castris.

M. C. rassus bello socialr eodē modo propè cū copiis omnibus interēptus est.

Hispani cōtra Hamilcarem boues vehiculis adiunctos in prima fronte cōstituerunt, vehiculáque tædæ & sepi & sulphuris plena, signo pugnae dato, incenderunt: actis deinde in hostem bobus consternatam aciē pertruperunt.

Phalisci & Tarquinienses, compluribus suorum in habitu sacerdotum subornatis, faces & angues furiali habitu præferentibus, aciē Romanorum turbauerunt. Idem Veientes & Fidenates facibus arreptis fecerunt.

Atheas rex Scytharum cum aduersus ampliores Triballorum exercitum cōffigeret, iussit à fœminis & pueris omniq; imbelli turba, greges asinorum, ac boum ad postremam hostium aciē admoueri, & erectas hastas præferre: famam deinde diffudit, tanquàm auxilia sibi ab vltioribus Scythis aduenterent, qua asseueratione auertit hostem.

De insidiis. Cap. V.

**R**omulus per latebras copiarū parte disposita cum ad Fidenas accessisset, simulata fuga temere hostes insequutos eò perduxit vbi occultos habebat milites, qui vndique adorti effusos & incautos ceciderunt.

Quintus Fabius Maximus C. os. auxilio Sutrinis missus aduersus Hetruscos, omnes hostium copias in se conuertit: deinde simulato timore, in superiora loca velut fugiens recessit, effuséque subeuntes aggressus, non aciē tantum superauit, sed etiam castris exiit.

Sempronius Gracchus aduersus Celtiberos, metu simulato, continuit exercitū: emissa deinde armatura leui, quæ hostem lacefferet, ac statim pedem referēte, euocauit hostem: deinde inordinatos aggressus, vsque eò cecidit, vt etiā castra caperet.

Qu. Metellus Cos. in Sicilia bellū gerēs aduersus Hasdrubalē, ob eius ingētē exercitū & cxxx. elephātos intētior, diffidētia simulata, intra Panormū copias tenuit, fossamque ingētis magnitudinis ante se duxit: cōspecto deinde exercitu Hasdrubalis, qui in prima acie elephātos habebat, precepit hastatis, tela in beluas iacerēt, protinúsque se intra munimēta reciperēt: ea ludificatione rectorēs elephātorum concitati, in ipsam fossam elephantos egerūt: quo vt primum illaqueati sunt, partim magnitudine telorū cōfecti, partim retro in suos acti, totā aciē turbauerūt. Tūc Metellus, hāc operiēs occasionē, cū toto exercitu erupit & aggressus à latere Pœnos cecidit, ipsiisque vt elephātis potitus est.

*Tomyris*

Tamiris Scytharum regina, Cyrum Persarum ducem, æ quo Marte certātem, simulato metu elicit ad notas militi suo angustias, atque ibi repente conuerso agmine, natura loci adiuta, deuicit.

Aegyptij conflicturi acie in eis campis quibus iunctæ paludes erant, algas contexerunt, commissioque prelio fugam simulantes in insidias se vocauerunt, qui rapidius vecti per ignota loca, limo inhæserunt, circūuentique sunt.

Viriatius ex latrone dux Celtiberorū cedere se Romanis equitib⁹ simulās, vsq; ad locū voraginosum & prealtū eos perduxit: & cū ipse per solidos ac notos sibi trāsitus euaderet, Romanos ignaros locorū immerisq; limo cecidit.

Fulvius Imp. Cymbrico bello collatis cum hoste castris, equites suos iussit succedere ad munitiones eorum, laceffitisque barbaris, simulata fuga recessit: hoc cum per aliquot dies fecisset, auidē insequentibus Cymbris animaduertit castra eorum solita nudari: itaque per partem exercitus custodita consuetudine, ipse cum expeditis post castra hostium concedit occultus, effusisque eis ex more repente adortus, & desertum proruit vallum & castra cepit.

Cn. Fulvius cum in finibus nostris exercitus Faliscorum, longē nostro maior castra posuisset, per suos milites quædam procul à castris ædificia succendit, vt Falisci suos id fecisse credentes, spe prædæ diffunderentur.

Alexander ex Epirotis aduersus Illyricos collocata in insidiis manu, quosdam ex suis habitu Illyriorum instruxit, & iussit vastare suam, id est, Epiroticam regionem: quod cum Illyrij viderent fieri, ipsi passim prædari cœperūt, eò securius quòd præcedentes veluti pro exploratoribus habebāt, à quibus ex industria in loca iniqua deducti, cæsi fugatique sunt.

Leptenes quoq; Syracusanus aduersus Carthaginēses vastari suos agros & incendi villas castellaque quædā imperauit. Carthaginenses à suis id fieri rati, & ipsi tāquàm in adiutorium exierunt, exceptique ab insidiatoribus fusi sunt.

*Hannibal*

Maharbal missus à Carthaginens. aduersus Afros rebellātes, cū sciret gentē auidā esse vini, magnū eius modū mandragora permiscuit, cuius inter venenū ac soporem media vis est, tunc prælio leui commisso, ex industria cessit: nocte deinde intempesta, relictis intra castra quibusdā sarcinis, & omni vino infecto fugam

fugam simulauit: cūque barbari occupatis castris, in gaudium effusi, medicatum auidè merum hausissent, & in modum defunctorum strati iacerent, reuersus cepit eos ac trucidauit.

Hannibal cū sciret sua & Romanorum castra, in eis locis esse, quę lignis deficiebantur, ex industria, in regione deserta plurimos armentorum greges intra vallum reliquit: qua velut præda Romani potiti in summis lignationis angustiis, insalubribus se cibis onerarunt: Hannibal reducto nocte exercitu, securos eos & semicruda graues carne, maiorem in modum vexauit.

Tyberius Gracchus in Hispania certior factus hostem inopem ꝛ commercio laborare, instructissima castra omnib' esculentis deseruit, quę a deceptū hostē & repertis intēperanter repletū, grauēmq; reducto exercitu subito oppressit.

Hi qui aduersus Erythreos bellum gerebant, speculatorem eorum in loco ædito depræhensum occiderunt, & vestem eius militi suo dederūt, qui ex eodem iugo Erythreos signo dato in insidias euocauit.

Arabes, cū esset nota cōsuetudo eorū, qua de aduentu hostiū interdiu fumo, nocte igne significare instituerāt, vt sine intermissione ea fierent præceperunt, aduentatibus autem aduersariis intermitterent: quicū cessantib' luminibus existimarent ignorari aduētum suum, auidius ingressi oppressique sunt.

Alexander Macedo, cū hostis in saltu æditiore castra communisset, seducta parte copiarum, præcepit his quos relinquebat, vt ex more ignes ꝛ excitarent, speciēmq; præberent totius exercitus: ipse per auias regiones circumducta manu, hostem superiore aggressus loco depulit.

Memnon Rhodius rex, cū equitatu præualeret, & hostem in collibus se continentem, in campos vellet deducere, quosdam ex militibus suis, sub specie perfuge misit in hostium castra, qui affirmarent exercitū Memnonis iam perniciosa seditione furere, & vt subinde aliqua pars eius dilaberetur. Huic affirmationi vt fidem faceret, passim in cōspectu hostium iussit parua castella muniri, velut in ea se recepturi essent qui dissidebāt: hac persuasione sollicitati qui in montibus se continuerant, in plana descenderunt, & dum castella tentant, ab equitatu circumuenti sunt.

Harridas rex Molossorū bello petitus ab Ardie Illyrico, maiorem aliquanto exercitum habente, molitus imbelles suorum, in vicinam regionem Aetoliæ famam sparfit, sic tanquàm vrbes ac res suas Aetolis concederet. Ipse cum his qui arma ferre poterant insidias in montibus, & locis confragosis distribuit. Illyrij timentes ne quæ Molossorum erant, ab Aetolis occuparentur, velut ad prædam festinantes, neglectis ordinibus accelerare cœperunt, quos dissipatos, nihil tale expectantes, Harridas ex insidiis fudit fugauitque.

T. Labienus C. Cæsaris legatus aduersus Gallos, ante aduētum Germanorū quos auxilio his vêturos sciebat, cōfligere cupiēs, diffidentiā simulauit, positisque in diuersa ripa castris, profectionem edixit in posterū diem. Galli credentes eum fugere, flumen quod medium erat, instituerunt trāsmittere. Labienus circumactō exercitu, inter ipsas superandi amnis difficultates eos cecidit.

Hannibal cū explorasset negligēter castra Fuluij R. ducis munita, ipsum

præterea multa temerè audere, prima luce cùm densiores nebulae præstarent obscuritatem, paucos milites munitionum nostrarum vigilibus ostendit, quo Fulvius repente movit exercitum, Hannibal per diuersam partem castra eius occupavit: & ita in tergum Romanorū effusus, octo millia fortissimorum militum cum ipso duce trucidavit.

Idem Hannibal, cùm inter Fabiū dictatorem & Minutiū magistrum equitū diuisus esset exercitus, & Fabius occasionibus immineret, Minutius pugnandi cupiditate flagraret, castra in campo qui medius inter hostes erat, posuit: & cùm partem peditum in confragosis rupibus celasset, ipse ad euocandum hostem misit qui proximum tumulū occuparent: ad quos opprimēdos cùm eduxisset copias Minutius, infidiatores ab Hannibale dispositi, subito cōsurrexerunt, & delessent Minutij exercitum, nisi Fabius periclitantibus subuenisset.

Idē Hannibal cùm ad Trebiā in cōspectu haberet Sempronij longi Cos. castra, medio amne interfluēte seuissima hyeme Magonem & electos in insidiis posuit. Deinde Numidas equites, ad eliciendā Sempronij crudelitātē, ad equitare vallo eius iussit: quibus præceperat, vt ad primū nostrū incursum per nota refugerent vada. Hos cōsul & adortus temerè, & secutus, ieiunum exercitū in maximo frigore transitu fluminis rigere fecit. Mox torpore, & inedia affectis Hannibal suum militem opposuit, quem ad id ignibus, oleoque & cibo fouerat: nec defuit partibus Mago, quin terga hostium in hoc ordinatus cæderet.

Idem ad Trasimenum, cùm arcta quædam via in radices montis & campos patentes duceret, simulata fuga per angustias ad patentia euasit, ibique castra posuit, ac nocte dispositis militibus, & per collem qui imminebat, & in lateribus angustiarum prima luce, nebula quoque adiutus, aciem direxit. Flaminius velut fugientem insequens, cùm angustias esset ingressus, nō antè prouidit insidias, quàm simul à frōte, lateribus, tergo circumfusus, ad internecionem cum exercitu cæderetur.

Idem Hānibal aduersus Iuniū dictatorē, nocte intempesta sexcētis equitibus imperavit, vt in plures turmas segregati per vices, sine intermissione circa castra hostium se ostentarent. Ita tota nocte Romanis in vallo statione ac pluuia, quæ fortè continua fuerat, inquietatis confectisque, cùm receptui signum iam Iunius dedisset, Hannibal suos requietos reduxit, & castra eius inuasit.

Epaminundas Thebanus in eundem modum, cùm Lacedæmonij Athmon vallo ducto Peloponeson tuerentur, paucorum opera leuis armaturæ, tota nocte inquietavit hostem: ac deinde prima luce vocatis suis, cum Lacedæmonij se recepissent, subito vniuersum exercitum quem quietum habuerat, admouit, & per ipsa munimenta destituta propugnatoribus irrupit.

Hannibal directa acie ad Cannas DC. equites Numidas iussis transfugere, qui ad fidem faciendam, gladios & scuta nostris tradidere: & in vltimū agmen recepti, vbi primum concurrī cœpit, strictis minoribus (quos occultauerant) gladiis, scutis iacentium assumptis, Romanorum aciem ceciderunt.

Iapyges P. Licinio proconsuli pagos quoque sub specie deditiois obtulerunt, qui recepti, & postrema acie collocati, terga Romanorum ceciderunt.

Scipio

Scipio Africanus cum aduersa haberet bina hostium castra, Syphacis & Carthaginens. statuit Syphacis ubi multa incendiis alimenta erat aggredi nocte, ignemque iniicere, ut ex ea re Numidas quidem ex suis castris trepidantes caederet: Pœnos autem, quos certum erat ad succurrendum sociis procururos, insidiis dispositis exciperet, utrumque ex sententia cessit.

Mithridates à Lucullo virtute frequenter superatus, insidiis eum appetiit, Adathante quodam eminente viribus subornato, ut transfugeret: & fide pacta hosti, facinus perpetraret: quod is strenuè quidem, sed sine euentu conatus est: receptus enim à Lucullo in gregem equitum, non sine tacita custodia habitus est: quia nec credi subito transfugæ, nec inhiberi reliquos oportebat. Cum deinde frequentibus excursionibus, promptam & enixam operam exhiberet, fide acquisita tempus elegit, quo missa principia quietem omnibus castrensibus dabant, prætoriumque secretius præstabant: casus adiuuit Lucillum. Nam qui ad vigilantem usq; admitteretur, fatigatum nocturnis cogitationibus illo tempore quiescentem inuenit. Cum deinde, tanquam nunciaturus aliquid subitum ac necessarium intrare vellet, & pertinaciter à seruis valetudini domini consulentibus excluderetur, veritus ne suspectus esset, equis quos ante portam paratos habebat, ad Mithridatem refugit irritus.

Sertorius in Hispania cum apud Lauronem oppidum, vicina castra Põpei castris haberet, & duæ tantummodo regiones essent, ex quibus pabulum peti posset, vna in propinquo, altera longius sita, eam quæ in propinquo erat subinde à leui armatura infestari, vltiorè autem vetuit ab vilo armato adiri, donec persuasit aduersariis, tutioremque esse quæ erat remotior: quã cum petiissent Põpeiani Octauium Gracimũ cum decem cohortibus, in morè Romanorũ armatis, & decem Hispanorum leuis armaturæ, & Tarquinium priscũ cum duobus millibus equitũ ire iubet ad insidias tendendas pabulatoribus: illi strenuè imperata faciunt. Explorata enim locorum natura, in vicina sylua nocte prædictas copias abscondunt, ita ut in prima parte leues Hispanos, aptissimos ad furta bellorũ poneret: paulo interius scutatos, in remotissimo equites, ne fremitu equorum cogitata proderetur, quiescere omnes silentio seruato in horã tertiam diei iubet: cum deinde Pompeiani securi seruatiq; pabulo de reditu cogitarerũ, & hi quoque qui in statione fuerãt, quiete inuitati ad pabulum colligendum dilaberentur, emissi primum Hispani, velocitate gentili in planis effunduntur, & cũ vulnerant confunduntque, nihil tale expectãtes, prius deinde quã resisti his inciperet scutati erumpunt è saltu, & redeunt in ordinem consternunt, vertuntq; fugientibus equites immissi toto eo spacio quo rediebatur in castra persecuti ceduntur: curatum quoque ne quis effugeret, nã reliqui ccl. equites præmissi facilè per compedia itinerum effusis habenis, antequã ad castra Pompei perueniretur conuersi, occurrerunt eis qui primi fugerãt. Ad cuius rei sensum Pompeio immittente legionem cum Lælio in præsidium suorũ, subducti in dextrum latus velut cesserũt equites, deinde & cum ita legionem hãc tergo infestarent, cum iam etiã à fronte qui pabulatores persecuti erant incurfarent, sic legio quoq; inter duas acies hostium cum legato suo elisa est, ad cuius præsidium

fidium Pompeio totum educēte exercitum. Sertorius quoque è collibus suos instructos ostendit, effecitque ne Pompeio expediret, ita præter duplex damnum, eadem solertia illatum, spectatorem quoque eum cladis suorum continuit: hoc primum prælium inter Sertorium & Pompeium fuit, x. millia hominum de Pompei exercitu amissa, & omnia impedimenta: Liuius autor est.

Pompeius in Hispania, dispositis antè, qui ex occulto aggredierentur, simulato metu, deduxit instantem hostem in loca infesta: deinde vbi res poposcerunt, conuersos & in fronte & vtrisque lateribus ad internitionem cecidit, capto etiam duce eorum Perpenna.

Idem aduersus Mithridatem in Armenia, numero & genere equitum prævalentem, tria millia leuis armaturæ, & D. equites nocte in valle sub virgultis, quæ inter bina castra erant, disposuit: prima deinde luce in stationem hostium emisit equites ita firmatos, vt cum vniuersus cum exercitu hostium equitatus prælium inisset, seruatim ordinibus paulatim cederent, donec spacium darent confurgendi à tergo, ob hoc dispositis: quod postquam ex sententia contigit, conuersis qui terga dedisse videbantur, medium hostem trepidantem cecidit: ipsos etiam equos pedite cominus accedente confodit, eoque prælio fiduciam regi quàm in tequestribus copiis habebat, detraxit.

cāpestris<sup>o</sup>

Cantēnam

commutatis

Crassus bello fugitiuorum apud Cæthenam bina castra cominus cum hostium castris vallauit: nocte deinde † communitis copiis manente prætorio in maioribus castris, vt fallerent hostes, ipse omnes copias eduxit, & in radicibus prædicti montis constituit: diuisoque equitatu præcepit. L. Quintio partem Spartaco obiiceret, pugnaque eum frustraretur: parte alia Gallos Germanosque ex factione Casti & Gannici eliceret ad pugnam, & pugna simulata deduceret, † nisi ipse aciem instruxerit. Quos cum barbari insequuti essent, equite recedēte in cornua subito acies Romana ad aperta cum clamore cucurrit, xxxv. millia armatorum eo prælio interfecta cum ipsis ducibus Liuius tradidit, receptas quinque Romanas aquilas, signa sex & xx. multa spolia, inter quæ quinque fasces cum securibus.

vbi

C. Cassius in Syria aduersus Parthos ducens aciem, equitē ostendit à fronte cum à tergo peditem in confragoso loco occultasset, dein cedente equitatu & per nota se recipiente, in præparatas insidias produxit exercitum Parthorum, & cecidit.

Venditius Parthos & Labienū alacres successibus victoriarū, dum suos ipse per simulationē metus, cōtinet, euocauit: & in loca iniqua deductos, aggressus per obreptionē, adeò debellauit, vt destituti Labieno puincia excederēt Parthi.

Idem aduersus Pharnastanis Parthos, cum ipse exiguum numerum militū haberet, illis autem fiducia ex multitudine videret increfcere, ad latus castrorum, xvij. cohortes in obscura valle posuit, equitatu post terga militum collocato. Tum paucos admodum milites in hostem misit, qui vbi simulata fuga hostem effusè sequentem, ultra locum insidiarum perduxit, coorta à latere acie, præcipitatis in fugam his, Pharnastanem interfecit.

peditum

C. Cæsar suis & Afranianis castris contrarias tenentibus planicies, cum vtriusque

vtriusque partis plurimum interesset colles proximos occupare, idq; propter faxorum asperitatem esset difficile, tanquam Ilerdam repetiturū, retro agmen ordinavit, faciente inopia fidem destinationi. Intra breuissimum deinde spacium, exiguo circuitu flexit repente ad montes occupādos. Quo viso perturbati Afraniani, velut captis castris, & ipsi effuso cursu eosdem montes petiere: quod futurum cum†prædestinasset Cæsar, partim peditatu, quem præmiserat, partim à tergo submissis equitibus inordinatos est adortus.

*prædiu-  
nasset*

Antonius apud forum Gallorum cum Pāsam Cos. aduentare comperisset, insidiis per syluestria Aemiliæ viæ dispositis, agmen eius excepit, fuditque: & ipsum eo vulnere affecit, quo intra paucos dies exanimaretur.

Iuba rex, in Africo bello ciuili Curionis animum simulato regressu impulit in vanam alacritatem: cuius spei vanitate deceptus Curio, dum tanquam fugientem Saboram regium præfectum persequitur, deuenit in patenes campos, vbi Numidarum circumuentus equitatu, perduto exercitu cecidit.

Melanthus dux Atheniensium cum prouocatus à rege hostium Xantho Bœotio descendisset ad pugnam, vt primum cominus stetit, iniquè (inquit) Xāthe, & contra pactū facis, aduersus solum enim cum altero processisti: cumque admiratus ille quisnam se comitaretur, respexit, auersum vno ictu confecit.

Iphicrates Atheniens. ad Cherronesum cum sciret Lacedæmoniorum ducem Anaxibium, exercitum pedestri itinere ducere, firmissimam manum militum eduxit è nauibus, & in insidiis collocavit: naues autem omnium, tanquam onustas milite, palam transnavigare iussit, ita securos & nihil expectātes Lacedæmonios, à tergo ingressus itinere oppressit fuditque.

Liburni cum vadosa loca obsedissent, capitibus tantum eminentibus, fidem fecerunt hosti alti maris, ac triremem, quæ eos persequeretur, implicatam vado ceperunt.

Alcibiades dux Atheniens. in Hellespōto aduersus Numidarum & Lacedæmoniorum ducem, cum amplum exercitum & plures naues haberet, nocte expositis in terram quibusdam militum suorum, parte quoque nauium post quædam promontoria occulta, ipse cum paucis profectus, ita vt contemptu sui hostem inuitaret, eundem insequentem fugit, donec in præparatas insidias perduceret: † aduersum deinde, & egredientem in terram, per eos quos ad hoc ipsum exposuerat cecidit.

*auersum*

Idem nauali prælio decertaturus, constituit malos quosdam in promontorio, præcepitque his quos ibi relinquebat, vt cum prælium commissum sensissent, panderent vela. Quo facto consequutus est, vt hostes aliam classem in auxilium superuenire ei arbitrati, verterentur.

Memnon Rhodius nauali prælio cum haberet cc. nauium classem & hostium naues elicere ad prælium vellet, ita ordinavit suos, vt paucarum nauium malos erigerent, easque primas agi iuberent: hostes autem procul conspicati numerum arborum, & ex eo nauium quoque coniectantes, obtulerunt se certamini, & à pluribus occupati superatique sunt.

Timotheus dux Atheniens. aduersus Lacedæmonios nauali acie decertaturus, cum instructa classis eorum ad pugnandum processisset, ex velocissimis nauibus xx. præmisit, quæ omni arte variisque flexu eluderent hostem,

vt

vt autem primum sensit, deinde minus agiliter moueri aduersam partem, progressus prælatos facile superauit.

De emittendo hoste ne clausus prælium ex desperatione redintegret. Cap. VI.

**G**allos, eo prælio quod Camilli ductu gestum est, desiderantes nauigia quibus Tyberim transfirent, Senatus censuit transfuehentos, & com meatibus quoque persequendos. Eiusdem generis hominibus postea per Pomptinum agrum fugientibus via data est, quæ Gallica appellatur.

L. Martius eques Ro. cui duobus Scipionibus occisis, exercitus imperiū detulit, cum circūuenti ab eo Pœni, ne inulti morerentur, acrius pugnaret, laxatis manipulis, & cōcesso fugæ spacio, dissipatos sine periculo suorum trucidauit.

C. Cæsar Germanos inclusos, ex desperatione fortius pugnantes, emitti iussit: fugientesque aggressus est.

Hannibal cum ad Trasimenū inclusi Germani acerrimè pugnaret, deductis ordinibus fecit eis abeundi potestatem, eūtesque sine suorum sanguine strauit.

Antigonus rex Macedonum Aetolis, qui in obsidionem ab eo compulsi, fame urgebatur, statuerantque eruptione facta commori, viam fugæ dedit, atque ita infracto impetu eorum, insecutus auersos cecidit.

Agésilus Lacedæmonius aduersus Thebanos cum acie confligeret, intellexissetque hostes locorum cōditione clausos, ob desperationem fortius dimicare: laxatis suorum ordinibus apertaque Thebanis ad euadendum via, rursus inabeuntes contraxit aciem, & sine iactura suorum cecidit auersos.

Cn. Manlius Cos. cum ex acie reuersus capta ab Hetruscis Romana castra inuenisset, omnibus portis statione circūdatis, inclusos hostes, in eam rabiem efferauit, vt ipse in prælio caderet. Quod vt animaduertent legati eius, ab vna parte remota statione, exitum Hetruscis dederunt, & effusos persecuti, occurrente altero consule Fabio, ceciderunt.

Themistocles victo Xerxe, volentes suos pontem rumpere prohibuit, cum docuisset poti⁹ esse, eū expelli ex Europa, quàm cogi ex desperatione pugnare.

Idem misit ad eum, qui indicaret in quo periculo esset, nisi fugā maturaret.

Pyrrhus Epirotarum rex cum quandam ciuitatem cepisset, clausisque portis ex vltima necessitate fortiter dimicantes eos, qui inclusi erant, animaduertisset, locum illis ad fugam dedit. Idem inter cætera præcepta imperatoria memoriæ tradidit, non esse pertinaciter instandum hosti fugienti: non solum ne fortius ex necessitate resisteret, sed vt postea quoque facilius acie cederet, ratus non vsque ad perniciem fugientibus instaturos victores.

De dissimulandis aduersis. Cap. VII.

**T**ullus Hostilius rex Romanorum, commisso aduersus Veientes prælio, cum Albani deserto exercitu Romanorum, proximos peterent tumulos, eaque res turbasset nostrorum animos, clarè pronunciauit iussu suo Albanos id fecisse, vt hostem circumueniret. Quæ res & terrorè Veientibus, & Romanis fiduciam attulit, remque inclinatham consilio restituit.

Lucius Sylla, cum præfectus eius comitâte nō exigua equitum manu, commisso iam



misso iam prælio ad hostes transfugisset, pronunciauit iussu suo id factum, eaq; ratione militum animos nõ tantum à confusione retraxit, sed quadam etiam spe vtilitatis, quæ id consilium secutura esset, consummauit.

cõfirmavit

Idem cum auxiliares eius missi ab ipso, circumuenti ab hostibus & interfecti essent, verereturque ne propter hoc damnum, vniuersus trepidaret exercitus, pronunciauit auxiliari- bus, qui ad defectionem conspirassent, consilio à se in loca iniqua deductos: ita manifestissimam cladem, vltionis simulatione vela- uit, & militum animos hac persuasione confirmauit.

auxiliari-  
bus

Scipio, cum Syphacis legati nunciarent ei regis sui nomine, ne fiducia societatis eius, ex Sicilia in Africam transfret, veritus ne confunderentur ani- mi suorum abscissa peregrina societate, dimisit ire legatos, & famam diffu- dit, tanquam vltro à Syphace accerferetur.

per rele-  
gatos

Qu. Sertorius cum acie decertaret, barbarum qui ei nunciauerat Hircu- leium periisse, pugione traiecit, ne & in aliorum id noticiam perferret, & ob hoc animi suorum infirmarentur.

Alcibiades Atheniens. cum ab Abydenis prælio vrgeretur, subitoque ma- gno cursu tristem aduertisset aduentare tabellarium, prohibuit palàm dicere quid afferret. Deinde secreto sciscitatus à Pharnabazo regio præfecto classem suam oppugnari, celatis & hostibus & militibus prælium finiit, ac protinus ad eripiendam classem ducto exercitu opem tulit suis.

idenis

Hannibalem venientem in Italiam tria millia carpentariorum reliquerunt, quo ille exemplo ne & cæteri mouerentur, edixit à se esse dimissos, & insuper in fidem eius rei, paucos leuissimæ operæ domum remisit.

L. Lucullus, cum animaduertisset Macedonas equites, quos in auxilio ha- bebat, subito consensu ad hostem transfugerè, signa canere iussit, & turmas quæ eos sequeretur immisit, hostis eomitti prælium ratus, transfugientes telis ex- cepit Macedones, qui cum viderent neque recipi se ab aduersariis, & premi ab his quos deserebāt, necessario ad iustum prælium conuersi hostem inuaserunt.

militibus

† Datames dux Persarum aduersus Authofradatè in Capodocia, cum par- tem equitum suorum transfugere cõperisset, ceteros omnes venire secum iussit, af- secutusque transfugas collaudauit, quod eum alacriter præcessissent, hortatusque est eos etiam, vt fortiter hostem adorirentur: pudor transfugis attulit pœniten- tiam, & consilium suum (quia non putabant deprehensum) mutauerunt.

Datames

T. Quintius Capitolinus Cos. cedentibus Romanis e mentitus est in altero cornu hostes fugatos, & ita confirmatis suis victoriam retulit.

Cn. Manlius aduersus Hetruscos, vulnerato collega Fabio, qui sinistrum cor- nu ducebat, & ob id parte cedente, quod etiam occisum crederent consulem, cum turmis equitum occurrit, clamitans & collegam viuere, & se dextro cor- nu vicisse. Qua constantia redintegratis animis suorum vicit.

Marius aduersus Cymbros & Teutonios, cum metatores eius per impru- dentiã ita castris locum cepissent, vt sub potestate barbarorum esset aqua, fla- gitantibus eam suis, digito hostem ostendens, illinc (inquit) petenda est. Quo instinctu affecutus est, vt protinus barbari tollerentur.

T. Labienus

T. Labienus post Pharfalicam pugnam, cum victis partibus Dyrrhachium refugisset, miscuit vera falsis, & non celato exitu pugnae, aequatam partium fortunam, graui vulnere Caesaris finxit, & hac assimulatione reliquis Pompeianarum partium fiduciam fecit.

M. Cato cum Ambraciam, eo tempore quo sociae naues ab Aetolis oppugnabantur, imprudens vno lembo appulisset, quanquam nihil secum praesidij haberet, coepit signum voce gestuque dare, quo videretur subsequentes suorum naues vocare: eaque asseueratione hostem terruit, tanquam plane appropinquarent, qui quasi e proximo citabantur. Aetoli, ne aduentu Romanae classis opprimerentur reliquerunt oppugnationem.

De constituenda per constantiam acie. Cap. VIII.

Eruius Tullius adolescens, praelio quo Tarquinius rex aduersus Sabinos co-  
**S** fluxit, signiferis segnius dimicantibus, raptum signum in hostem misit, cuius recipiendi gratia Romani ita ardentem pugnaverunt, ut & signum & victoriam retulerint.

Furius Agrippa Cos. cedente cornu, signum militare ereptum signifero, in hostes Hernicos & Equos misit, quo facto eius praelium restitutum est. Summa enim alacritate Romani ad recipiendum signum incubuerunt.

T. Quintius Capitolinus Cos. signum in hostes Phaliscos eiecit, militesque id repetere iussit.

M. Furius Camillus Tr. Mil. consulari potestate, cunctante exercitu arreptum manu signiferum in hostes Volscos & Latinos traxit, caeteros puduit non sequi.

Saluius Pelignus bello Persico idem fecit.

Qu. Furius auerso exercitu, cum occurrisset, affirmavit non recepturum se in castra quenquam nisi victorem, reductisque in aciem, victoria potitus est.

*aduersum* Scipio apud Numantiam, cum auersum suum videret exercitum, pronunciauit sibi pro hoste futurum, quisquis in castra redisset.

Sinilius Priscus dictator, cum signa legionum ferri in hostes Phaliscos iussisset, signiferum cunctantem occidi imperavit, quo exemplo perterriti hostem inuaserunt.

Cossus Cornelius magister equitum aduersus Fidenates idem fecit.

Tarquinius aduersus Sabinos cunctantes equites, detractis frenis concitantisque equites procurrere & prorumpere aciem iussit.

M. Attulius Cos. bello Samnitico, ex acie refugientibus in castra militibus aciem suorum opposuit, affirmans secum & cum bonis ciuibus dimicatu-  
 eos, nisi cum hostibus maluissent, ea ratione vniuersos in aciem reduxit.

L. Sylla, cedentibus iam legionibus exercitui Mithridatico, ductu Archelai, stricto gladio in primam aciem procurrat, appellasque milites dixit, si quis quaesisset vbi Imperatorem reliquissent, responderent pugnantem in Boeotia, cuius rei pudore vniuersi eum secuti sunt.

Diuus Iulius ad Mundam suis referentibus pedem, equum suum abduci a conspectu suo iussit, & in primam aciem pedes profiliit: milites dum destituerent Imperatorem erubescunt, redintegrarunt praelium.

Philippus veritus ne impetum Scytharum sui non sustinerent, fidelissimos  
 equitum

equitū à tergo posuit, præcepitq; ne quē cōmilitonū ex acie fugere paterentur, perseverantius abeuntes trucidarent. Qua denunciatione cum effecisset, vt etiam timidissimi mallent ab hostibus quàm à suis interfici, victoriā acquisiuit.

De his quæ post prælium fiunt si res prosperè cesserint, & de confirmandis reliquiis belli. Cap. IX.

**C**. Marius, victis prælio Teutonibus, reliquias eorū (quia nox circūuenerat) circūsedēs, sublatis subinde clamoribus, p̄ paucos suorū territauit, in somnēq; hostem detinuit, ex eo consecutus vt postero die irrequietū facilius debellaret.

Claudius Nero victis Pœnis, quos Asdrubale duce in Italiam ex Hispania traicientes exceperat, caput Asdrubalis in castra Annibalis eiecit: quo factū est vt & Annibal luctu (nam frater occisus erat) & exercitus desperatione aduentantis præsidij affligeretur.

Lucius Sylla his qui Præneste obsidebātur occisorum in prælio ducum capita hastis præfixa ostendit, atque ita obstinatorum peruicaciam fregit.

Arminius dux Germanorum, capita eorum quos occiderat similiter præfixa, ad vallum hostium admoueri iussit.

Domitius Corbulo cum Tygranocertā obsideret, & Armenij pertinaciter viderentur † tolerare obsidionem, in quēdam ex Megistanis quos ceperat animaduertit, caputque eius balista excussum, intra munimenta hostium misit: id forte decidit in medium consilium, quod tum maxime habebant barbari, ad cuius conspectum velut ostento consternati ad deditonem festinauerunt.

Hermocrates Syracusan⁹, sup̄patis acie Carthaginen. verit⁹ ne captiui, quorū ingentē manū in potestātē redegerat, parū diligēter custodirentur † q̄ euent⁹ dimicationis in epulas, & securitatē cōpellere victores poterat, finxit p̄xima nocte equitatū hostilem venturū: qua expectatione affecutus est, vt solito attērius vigilię agerentur. Idem rebus p̄sperè gestis, & ob id resolutis suis in nimiam securitatem somnoq; & mero pressis, in castra trās fugā misit, qui præmoneret se fuga elapsū, dispositas † etiā vbiq; à Syracusanis insidias, quarū metu recepit aciem. Illi cum aduentarēt persecuti in fossas deciderūt, & eo modo victi sunt.

Si res durius cesserit, de aduersis emendandis. Cap. X.

**T**itus Didius in Hispania, cum acerrimo prælio conflixisset, quod nox diremerat, magno numero vtrinq; cæso, cōplura suorū corpora atra nocte sepelienda curauit. Hispani postero die ad simile officium progressi, quia plures ex ipsorum numero quàm ex Romanis cæsos repererāt, victos se esse secūdam eam dinumerationem argumentati, ad cōditiones Imperatoris descenderūt.

T. Martius eques Romanus, qui reliquiis exercitus duorū Scipionum præfuit, cum in propinquo bina castra Pœnorum paucis millibus passuum distarent, cohortatus milites, proxima castra intempesta nocte adortus est: & cum hostem victoriæ fiducia incompositū aggressus, ne nuncios quidem cladis reliquisset, breuissimo tempore militi ad requiem dato, eadem nocte raptim famam rei gestæ prægressus, altera eorundem castra inuasit. Ita bis simili vsu euentu deletis vbiq; Pœnis, amissas populo Romano Hispanias restituit.

De dubiorum animis in fide retinendis. Cap. XI.

T P. Va-

**P** Valerius Epidauri, timens oppidanorum perfidiam, quia parum præsidij habebat, gymnicos ludos procul ab vrbe apparauit. Quò cum omnis ferè multitudo spectandi causa exisset, clausit portas, nec in eas antea admisit Epidaurios quàm obsides à principibus acciperet.

*Catineses*

Cn. Pompeius cum suspectos haberet † Causenses, & vereretur ne præsidium non reciperent, petiit ab eis vt egros interim apud se refici paterentur: fortissimis deinde, habitu languentium missis, ciuitatem occupauit continuítque.

Alexáder deuicta perdomitáque Thracia petens Asiá, veritus ne post ipsius discessum sumerent arma, reges eorú præfectósq; & omnes quibus videbatur inesse cura detractæ libertatis, secú velut honoris causa traxit: ignobilibus autem relictis, plebeos præfecit: consecutus vti principes beneficiis eius obstricti nihil nouare vellent: plebs verò non posset quidem spoliata principibus.

Antipater cõspecto priore Neciorú exercitu (qui audita morte Alexádri ad infestádum imperiú eius cõfluxerát) dissimulans se scire qua mente venissent, gratias his egit, quòd auxilium ferendum Alexádro aduersus Lacedæmonios conuenissent: adiecítque id se regi scripturum. Cæterum ipsos quia sibi opera eorum in præsentia non esset necessaria, abirent domos hortatus est: & hac asseueratione periculum quod ex nouitate rerum imminebat discussit.

*Luatio*

*gratia restituit*

Scipio Aphricanus in Hispania, cū inter captiuas eximię formę virgo alias, & nobilis, ad eū perducta esset, omniúq; oculos in se cõuerteret, summa custodia habitã, spõso nomine † Alicio reddidit: insuperque aurú quod parètes eius redẽpturi captiuã domũ Scipioni attulerát, eidẽ spõso p nuptialit munere dedit: qua multiplici magnificentia vniuersa gens victa imperio po. Ro. accessit.

Alexandrum quoque Macedonem traditum est eximiæ pulchritudinis virgini captiuæ, cum finitimæ gentis principi fuisset desponsata, summa abstinentia ita pepercisse, vt illam ne aspexerit quidem. Qua mox ad sponsum remissa, vniuersæ gentis, per hoc beneficium, animos conciliauit sibi.

*Galliarum*

Imp. Cęsar Aug. Germanicus, eo bello quo victis hostib' cognomẽ Germanici meruit, cum in finibus † Cubiorú castella poneret, p fructib' eorú locorú, quę vallo cõprehẽdebat, precium solui iussit: atq; ea iustitię fama omniú fidem astrinxit.

Quæ facienda sint pro castris si satis fiducia in præsentibus copiis non habeamus. Cap. XII.

**T**itus Quintius Cos. cum Volsci castra eius aggressuri forēt, cohortem tantummodo in statione detinuit, reliquum exercitum ad quiescendũ dimisit: æneatoribus præcepit, vt vallum insidentes equis circumirent, concinerētque. Qua facie & simulatione cum propulsasset, & detinuisset per totam noctem hostes, ad lucis exortum fessos vigilia, repente facta eruptione facilè superauit.

Quintius Sertorius in Hispania hostium equitatu maxime impar, qui vsque ad ipsas munitiones nimia fiducia succedebat, nocte scrobes apuit, & ante eas aciem direxit: cum demum turmales secú dum consuetudinem redire vellent, pronunciauit comperisse infidias se ab hostibus dispositas: idcirco ne discederent à signis néve laxarent agmẽ. Quod cum soluere ex disciplina fecisset, exceptus, fortè veris infidiis, quia prædixerat, interritos milites habuit.

Phares

Phares dux Atheniensium cum expectaret auxilia, & vereretur ne interea contemptu presentis paucitatis hostes castra eius oppugnarent, complures ex iis quos habebat, per aduersam partem nocte missos, iussit quae praecipue conspici forent hostibus, redire in castra, & accedentium nouarum virium speciem praebere: atque ita simulatis auxiliis tutatus est, donec instrueretur expectatis.

Chares

Iphicrates Atheniensis cum caepetribus locis castra haberet, explorassetque Thraces ex collibus, per quos vnum erat descensus, nocte ad diripienda castra veturos clam duxit exercitum, & in utroque viae latere per quam transituri erant Thraces, distributum collocavit: hostemque decurrere in castra, in quibus multi ignes per paucorum curam instituti, specie manentis ibi multitudinis seruabant, a lateribus adortus oppressit.

De effugiendo. Cap. XIII.

Galli pugnaturi cum Attalo, aurum omne & argentum certis custodibus tradiderunt, quibus si acie trans fugissent parceretur, quo facilius colligenda praeda hostem impeditum effugerent.

fusi essent

Triphon Syriae rex victus, per totum iter fugiens, pecuniam sparsit: seumque sectantes Antiochi equites, moratus effugit.

eique infestanda

Quintus Sertorius pulsus acie a Quinto Metello Pio, ne fugam quidem sibi tutam arbitratus, milites dispersos abire iussit, admonitos in quem locum vellet conuenire.

Viriatus dux Lusitanorum copias nostras, locorumque iniquitatem euasit eadem qua Sertorius ratione, sparso exercitu, deinde relecto.

Horatius Cocles urgente Porfenne exercitu iussit suos per pontem redire in urbem, eumque (ne casu sequeretur hostis) intercideret. Quod dum efficitur, in capite eius propugnator ipse insequentes detinuit. Audito denique fragore potius abrupti, deiecit se in alueum: eumque non armis, sed vulneribus oneratus tranauit.

Afranius in Hispania ad Ilerdam, cum Cesare fugeret, instate eo castra posuit: cum idem Caesar fecisset, & pabulatam suos dimisisset, ille signum repetere itineri dedit.

Antonius cum ex Parthis sibi instatibus reciperet exercitum, & quoties prima luce moueret toties urgentibus Barbarorum sagittis infestaretur, abeuntium agmen in quintam horam continuit: suisque fidem constantiore fecit: qua persuasione digressis inde Parthis, iustum iter trans alio die sine interpellatione confecit.

reliquo

Philippus in Epiro victus, ne fugientem eum Romani premerent, inducias ad sepeliendum eos qui ceciderant impetrauit: & ob id remissioribus custodibus euasit.

Publius Cl. nauali praelio superatus a Poenis, cum per hostium praesidia necesse haberet erumpere, reliquas viginti naues tamquam victrices iussit ornari, atque ita Poenis existimantibus superiores fuisse acie nostros, terribilis excessit.

Poeni classe superati quia instantem auertere Romanum studebant, simulauerunt in vada naues suas incidisse, trans haerentesque imitati, effecerunt ut victor eorum timens casum, spacium ad euadendum daret.

a ventisque mutari

Comminius Atrabas cum victus a D. Iulio ex Gallia in Britanniam fugeret, & forte ad oceanum secundo vento quidem, sed aestu recedente venisset, quamuis naues in siccis littoribus haererent, pandi nihilominus vela iussit. Quae cum persequens eum Caesar ex longinquo tumetia, & flatu plena vidisset, ratus prospero sibi eripi cursu recessit.

Finis libri Secundi.

T ij

## SEXTI IULII FRON-

TINI VIRI CONSULARIS STRA-

tegematum libri Tertij præfatio.



I priores libri responderunt titulis suis, & lectorem hucusque cum attentione perduxerunt, ædam nunc circa oppugnationes vrbiũ defensionẽsque strategemata: nec morabor vlla prælocutione, prius traditurus quæ oppugnandis vrbibus vsui sunt, tum quæ obsessos instruere possint: depositis autem operibus & machinamentis, quorum expleta iam pridem inuentione, nullam video vltra artium materiam, has circa expugnationem species strategematõn fecimus.

De repentino impetu.

Cap. I.

**T** Quintius Cos. victis acie Equis & Volscis, cum Antium oppidum expugnare statuisset, ad concionem vocato exercitu, exposuit quàm id necessarium & facile esset, si nõ differretur: eoque impetu, quem exhortatio concitauerat, aggressus est vrbem.

Marcus Cato animaduertit in Hispania potiri se quodam oppido posse, si inopinantes inuaderet: quatruidi itaque iter, biduo per confragosa & deserta emensus, nihil tale metuentes oppressit hostes: victoribus deinde suis causam tam facilis euentus requirẽtibus, dixit: tum illos victoriam adeptos, cùm quatruidi iter biduo arripuerunt.

De fallendis iis qui obsidentur,

Cap. II.

Lycriam

**D**omitius Caluinus cùm obsideret Lucã oppidũ Lygurũ, situ nõ tãtum & operibus, verũ etiã propugnatorũ præstãtia tutũ, circuiros muros frequẽter omnibus copiis instituit, easdemque reducere in castra. Qua consuetudine inductis ita oppidanis, vt crederẽt exercitationis id gratia facere Romanũ, & ob hoc nil ab eo conatu cauentibus, morẽ illũ obambulandi in subitũ direxit impetum: occupatisque mœnibus oppressit, vt seipso dederent & oppidum.

expressit

C. Duillius Cos. subinde exercendo milites remigẽsque, consecutus est vt securis Carthaginensibus vsque in id tempus innoxia consuetudinis, subitõ admota classe murum occuparet.

Annibal in Italia multas vrbes cepit, cum Romanorum habitu quosdam suorum ex longo belli vsu latinẽ quoque loquentes præmitteret.

Arcades Messeniorum castellum obsidentes, factis quibusdam armis ad similitudinem hostilium, eo tempore quo successura alia præsidia his exploraerãt, instructi eorum qui expectabantur ornatu, admissique per hũc errorem vt focij possessionem loci, strage hostium adepti sunt.

Cimon dux Atheniensium in Caria insidiatus cuidam ciuitati, religiosum incolis templum Dianẽ lucũque qui extra muros erat noctu improuisus incendit: effusisque oppidanis ad opem aduersus ignes ferẽdam, vacuam defensoribus cepit vrbem.

Alcibiades

Alcibiades dux Athenien. cùm ciuitatem Agrigentinarum egregiè munitam obsideret, petito ab eis consilio, diu tãquam de rebus ad commune pertinentibus differuit in teatro, vbi ex more Græcorum locus cõsultationi præbebatur, dùmque consilij specie tenet multitudinem, Athenienses quos ad id præparauerat incustoditam urbem ceperunt.

Epaminũdas Thebanus in Arcadia die festo effusè extra mœnia vagãtibus hostiũ fœminis, plerosq; ex militib<sup>9</sup> suis muliebri ornatu immiscuit: qua simulatione illi intra portas sub noctẽ recepti, ceperũt oppidũ, & suis aperuerunt.

Aristippus Lacedæmonius, festo die Tegeatarum, quo omnis multitudo ad celebrandum Mineruæ sacrum vrbe egressa erat, iumenta faccis frumentariis palea refertis onusta, Tegeam misit, agẽtibus ea militibus, qui negociatorum specie inobseruati portas aperuerunt suis.

Antiochus in Cappadocia ex castello † Suenda quod obsidebat, iumenta frumentatum egressa interceptit: occisisque calonibus, eorundem vestitu milites suos tanquam frumentum reportantes submisit. Quo errore illi custodibus deceptis, castellum intrauerunt, admiserũtque milites Antiochi. Sueda

Thebani cùm portum Sycioniorum nulla vi redigere in potestatem suam possent, nauem ingentem armatis compleuerũt, exposita supèr merce, vt negociatorum specie fallerent: ab ea deinde parte murorum, quæ longissimè remota erat, apparere paucos disposuerunt, cum quibus è naue quidam egressi inermes simulata rixa, occurrerunt: Sycioniis ad dirimendum id iurgium aduocatis, Thebanæ naues & portum vacantem & urbem occupauerunt.

Thymarcus Aetolus occiso Charmade Ptolomæi regis præfecto, chlamyde interempti & galero ad Macedonicum ornatus est habitum: per hũc errorem pro Charmade in Samniorum portum receptus occupauit. Carneade

De eliciendis ad proditorem. Cap. III.

**P**Apyrius Cursor Cos. apud Tarentum, Miloni, qui tum præsidio Epirotarum urbem obtinebat, salutem ipsi & popularibus, si per illum oppido potiretur, pollicitus est. Quibus præmiis ille corruptus, persuasit Tarentinis vt se legatũ ad consulem mitterent, à quo plena promissa ex pacto referens, in securitatem oppidanos resoluit, atque ita incustoditam urbem Cursori tradidit.

Marcellus cùm Syracusanum quendam Sofistratum ad proditorem sollicitasset, ex eo cognouit remissiores custodias fore die festo, quo Epicides præbiturus esset vini epularũque copiam, infidiatus igitur hilaritati & quæ eam sequebatur socordix, munimenta conscendit, vigilibusque cæsis, aperuit exercitui Romano urbem nobilibus victoriis claram. Phiades

Tarquinius Superbus cùm Gabios in deditorem accipere non posset, filium suum Sext. Tarquiniũ cæsum virgis ad hostem misit, is incusata patris fœuitia persuasit Gabinis, vt odio suo aduersus regem vterentur, & dux ad bellum electus tradidit patri Gabios.

Cyrus Persarum rex suum comitem Zapyrum explorata eius fide, trũcata de industria facie, ad hostes dimisit: ille assentante iniuriam fide, creditus inimicissimus Cyro, cùm hanc persuasionẽ adiuuaret, procurrẽdo propius quo-

tiens acie decertaretur, & in eum tela dirigendo commissam sibi Babyloniorum urbem tradidit Cyro.

*Apollonio*

Philippus oppido Samiorum exclusus † Apollonide præfecto eorum, ad proditionem corrupto persuasit, ut plaustrum lapide quadrato oneratum, in ipso aditu portæ poneret, cōfestim deinde signo dato insequutus oppidanos, circa impedita portæ claustra oppressit trepidantes.

*Arcem*

Annibal apud † Tarentum quæ à præsidio Romano, duce Liuius tenebatur, Eoneum quædam Tarentinū quem ad proditionē sollicitauerat, eiusmodi fallacia instruxit, ut ille per causam venandi noctu procederet, quasi id per hostem interdium non liceret: egresso ipsi apros subministrabant, quos ille tanquam ex captura Liuius offerret, idque cū sæpius factum esset, & ideo minus obseruaretur, quadam nocte Annibal venatorum habitu, Pœnos comitibus eius immiscuit: qui cū onusti venatione quam ferebant recepti essent à custodibus, protinus eos adorti occiderūt. Tunc fracta porta admissus cum exercitu Annibal omnes Romanos interfecit, exceptis his qui in arcem profugerant.

Lyfimachus rex Macedonum, cū Ephesios oppugnaret, & illi in auxilio haberent Mandronem Archipiratam, qui plerunque oneratas præda naues, Ephesum appellebat, corrupto ei ad proditionem, iunxit fortissimos Macedonum, quos ille restrictis manibus pro captiuis Ephesum introduceret: qui postea raptis ex arce armis urbem Lyfimacho tradiderunt.

Per quæ hostes ad inopiam redigantur. Cap. III.

**F**Abius Maximus vastatis Campanorum agris, ne quid eis ad fiduciā obsidionis superesset, recessit sementis tempore, ut frumētum quod reliquum habebāt, in sationes conferrent: reuersus deinde renata protriuit, & ad famem redactis potitus est. Antigonus aduersus Athenienses idem fecit.

Dionysius multis urbibus captis, cū Rheginos aggredi vellet, qui copiis abundabant, simulauit pacem, petiitque ab eis, ut commeatus exercitui ipsius subministrarent: quòd cū impetrasset, exhausto oppidanorum frumēto, aggressus urbem alimentis destitutam superauit. Idem & aduersus Himeræos fecisse dicitur Quintus Curtius.

Alexander oppugnaturus Leucadiam commeatibus abundantem, prius castella, quæ in confinio erant cepit: omnesque ex his Leucadiā passus est confugere, ut alimenta inter multos celerius absumerentur.

Phalaris Agrigentinus, cū quædam loca munitione tuta in Sicilia oppugnaret, simulato fœdere frumenta quæ residua se habere dicebat, apud eos deposuit: deinde data opera ut tectorū camera, in quibus id conferebatur rescissæ pluuiam reciperent, fiducia conditi commeatus, proprio tritico abusus initio æstatis aggressus inopia compulit ad deditonem.

Quemadmodum persuadeatur obsidionem esse permanfuram. Cap. V.

**C**Learchus Lacedæmonius exploratum habens Thracas omnia victui necessaria in montes comportasse, vna quoque ope sustentari, quòd crederent eum commeatus inopia recessurum, per id tempus quo legatos eorum venturos opinabatur, aliquem ex captiuis in conspectu iussit occidi, & mem-

bratim



bratim tanquam alimenti causa in conturberna distribuit. Thraces nihil non facturum perseverantiae causa eum credentes, qui tam detestabiles epulas sustinisset experiri, in deditioem venerunt.

Tyberius Gracchus Lusitanis dicentibus in decem annos cibaria se habere, & ideo obsidionē nō expauescere, Undecimo, inquit, anno vos capiā. Qua voce perterriti Lusitani quanquā instructi cōmeatibus, statim se tradiderunt.

Aul. Torquato Græcam urbem oppugnanti, cū diceretur iuuetutem ibi studiosē iaculis & sagittis exerceri, Pluris eam, inquit, propediem vendam.

De destructione præsidiorum hostium. Cap. VI.

Scipio Annibale in Africam reuerso, cū plura oppida, quæ ratio illi in potestatem redigēda dictabat, firmis præsidis diuersæ partis obtinerentur, subinde aliquam manum submittebat ad infestanda ea, nouissimè etiam tanquam direpturus ciuitates aderat, deinde simulato metu refugiebat: Annibal ratus veram esse eius trepidationem, deductis vndique præsiidiis tanquam de summa rerum dimicaturus insequi cœpit: ita consecutus Scipio quod petierat nudatas propugnatoribus vrbes, per Masinissam & Numidas cepit.

P. Cornelius Scipio intellecta difficultate expugnandi † Delminum, quia *Delminum* omnium cōcursu defendebatur, aggredi alia oppida cœpit, & euocatis ad sua defendenda singulis, vacuatum auxiliis Delminum cepit.

Pyrrhus Epirotarum rex, a duersus † Illyricos cū ciuitatē, quæ caput gentis erat, redigere in potestatem suam vellet, eius desperatione ceteras vrbes petere cœpit: consecutusq; est, vt hostes fiducia velut satis munitæ vrbis eius tutelam aliarum dilaberentur. Quo facto ipse rursus reuocatis omnibus suis, vacuam eam defensoribus cepit. *Illyrios*

Cornelius Ruffinus Cos. cū aliquanto tempore Crotonam oppidū frustra obsedisset, quod inexpugnabile faciebat assumpta in præsidia Lucanorum manus, simulauit se cœpto desistere: captiuum deinde magno præmio sollicitatum, misit Crotonam, (tanquā ex custodia effugisset) qui persuasit discessisse Romanos, id verum Crotonenses arbitrati, dimisere auxilia, destitutique propugnatoribus, inopinati, & inualidi capti sunt.

Mago dux Carthagenensium victo Cn. Pisone, & in quadam turre circumsepto, suspicatus vêtura ei subsidia, per fugam misit qui persuaderet appropinquantibus captum iam Pisonem: qua ratione deterritis eis, reliqua victoriæ consummauit.

Alcibiades in Sicilia cū Syracusanos capere vellet, ex Catanensibus, apud quos tum exercitum continebat, quendam exploratæ solertiæ submisit Syracusanis: is in publicum consilium introductus, persuasit infestissimos esse Catanenses Atheniensibus, & si adiuuarentur à Syracusanis, futurum vt opprimerent eos & Alcibiadem: qua re adducti Syracusani vniuersis viribus Catanam petituri processerunt, relicta ipsorum vrbe: quam à tergo adortus Alcibiades desolatam, vt sperauerat, afflixit.

Cleonimus Atheniensis Troezenios qui præsidio Craterum tenebant aggressus, tela quædam (vt in quibus scriptum erat venisse se ad liberandum eorū rempub.)

rempub.) intra muros iecit: & eodem tempore captiuos quosdam conciliatos sibi remisit, qui Craterum detrectarent. Per hoc consilium seditione intestina apud obsessos conciliata, admoto exercitu potitus est ciuitate.

De fluminum deriuatione & vitatione aquarum. Cap. VII.

**P**vblius Seruilius Isauram oppidum flumine (ex quo hostes aquabantur) auerso, ad deditiōem siti compulit.

C. Cæsar in Gallia Caduceorū ciuitatem amne cinctam & fontibus abundantem, ad inopiam aque redegit, cum fontes cuniculis auertisset, & fluminis vsū per sagittarios arcuisset.

L. Metellus in Hispania citeriore, castra hostium in humili loco posita, fluium ex superiore parte immisit: & subita inundatione turbatos, per dispositos in hoc ipsum insidiatores cecidit.

Alexander apud Babylonem, quæ media flumine Eufrate diuidebatur, fossam pariter & aggerem instituit, ut in vsū eius extimarēt hostes aggeri terram, atque ita subito flumine auerso, per alueum veterem (qui siccatus ingressum præbebat) urbem intrauit.

Semiramis aduersus eosdem Babylonios eodem Eufrate auerso, idem fecisse dicitur.

Clisthenes Sycionius ductum aquarū in oppidū Criseorum ferentem rupit: mox affectis siti restituit aquam elleboro corruptam, qua vsos profluuiō ventris decipiens cepit.

De iniiciendo obsessis pauore. Cap. VIII.

*Teenassura*

**P**hilippus cum Trinassum castellum nulla vi capere posset, terram ante ipsos muros aggressit, simulauitque agi cuniculum: castellanique, quia subruotos se existimarent, dediderunt.

Pelopidas Thebanus Magnetum duo oppida simul oppugnaturus, nō ita longo spacio distātia quo tempore ad alterum eorum exercitum admouebat, præcepit, ut ex cōposito ab aliis castris quatuor equites coronati, notabili alacritate velut victoriam nunciantes venirent: ad cuius simulationem curauit ut sylua quæ in medio erat incenderetur, præbitura speciem vr̄bis ardentis: præterea quosdā captiuorū habitu eodē iussit perducī. Qua asseueratione perterriti, qui obsidebantur dum in parte iam se superatos existimarent, defecerunt.

Cyrus rex Persarum incluso Sardibus Croeso, qua præruptus mōs nullum aditum præstabat, ad mœnia malos exequātes altitudinem iugi subrexit, quibus simulachra hominū armata Persici habitus imposuerat, noctūq; eos mōti admouit. Tum prima luce ex altera parte muros aggressus est, ubi orto sole simulachra illa, armatorū referentia habitū, refulserūt, oppidani captam urbem à tergo credentes, & hoc in fugam dilapsi victoriam hostibus concesserunt.

De irruptione ex diuersa parte quàm expectamus. Cap. IX.

**S**cipio apud Carthaginem sub discessum æstus maritimi secutus deum (ut dicebat) ducem, ad muros vr̄bis accessit: & cedente stagno, quā non expectabatur, irrupit.

Fabius Maximus Cūctatoris fili⁹, apud Arpos præsidio Annibalis occupatos, considerato

considerato situ vr̄bis, sexcentos milites obscura nocte misit: qui per munitam eoque minus † frequentem oppidi partem scalis euecti in murum, portas re-

frequen-  
tatum

uellerent: hi adiuti decidentium aquarum sono, qui operis strepitum obscura-  
bat, iussa peragunt, ipse dato signo ab alia parte aggressus cepit Arpos.  
C. Marius bello Iugurthino apud flumē Muluchā, cum oppugnaret castel-  
lum in monte saxeo sitū, quod vna & angusta semita adibatur, cetera parte ve-  
lut † cū saltu præcipiti, nūciato sibi per Lygurē quendā ex auxiliis gregalē mi-  
litem, qui fortē aquatū progressus, dū per saxa mōtis cochleas legit, ad summū  
peruenerat, eripi posse castellū, paucos cēturiones, quibus perfectissimos cum  
velocissimis militibus æneatores immiscuerat, misit: capite pedibúsque nudis, vt  
profectus visúsque per saxa facilius foret, scutis † armisque à tergo aptatis, hi Ly-  
gure duce & telis & clavis quibus in ascensu nitebantur adiuti, cum ad poste-  
riora & ob id vacua defensoribus castelli peruissent, cōcinere & tumultua-  
ri, vt præceptum erat cœperunt: ad quod constitutum Marius constantius ad-  
hortatus suos, acrius instare castellanis cœpit: quos ab imbelli multitudine su-  
orum reuocatos tanquam capti à tergo essent, insecutus castellum cepit.

consulto

gladiusque

Lucius Cornelius Cos. complura Sardinia cepit oppida, dum † fortissimas  
partes copiarum noctu exponit, quibus præcipiebat, vt delitescerent, operi-  
renturque tempus, quo ipse noctu appelleret: occurrentibus deinde aduentāti  
hostibus, & ab ipso per simulationem fugæ longius ad persequendum auoca-  
tis, illi in relictas ab eis vr̄bes impetum facerent.

firmissimas

Pericles Atheniensium dux cum oppugnaret quandam ciuitatem magno  
consensu defendentium tutam, nocte ab ea parte murorum quæ mari adiace-  
bat classicum cani, clamorēque attolli iussit: hostes † penetrari illac in op-  
pidum rati, reliquerunt portas, per quas Pericles destitutas præsidio irrupit.

penetrati

Alcibiades dux Atheniensium Cyzicum oppugnandi eius causa nocte im-  
prouisus accessit: & ex diuersa parte mœnium cornicines canere iussit: suffice-  
re propugnationi murorum poterant ad id latus, à quo solo se tētari putabāt,  
cum confluerent, qua non † obsidebantur muros transcendit.

abstine-  
batur

Thrasylbulus dux Milesiorum, vt portum Sycioniorum occuparet, à terra  
subinde oppidanos tentauit: & illo quo laceſſebantur conuersis hostibus, clas-  
se inspectata portum cepit.

Philippus in obsidione cuiusdā maritimæ vr̄bis, binas naues procul à con-  
spectu contabulauit, superstruxitque eis turres: aliis deinde turribus adortus à  
terra, domibus propugnatores distrinxit, turritas naues à mari applicauit, &  
quæ non resistebatur subiit muros.

Pericles Peloponesorū castellum oppugnaturus, in quod duo omnino erāt  
accessus, alterū fossa interclusit, alterū munire instituit: castellani securiores ab  
altera parte facti, eā solā quā munire videbāt custodire cœperūt. Pericles præ-  
paratis pōtibz iniectisque super fossam à qua nō cauebatur subiit castellum.

Antiochus aduers⁹ Ephesios, Rhodiis quos in auxilio habebat præcepit, vt  
noctē portum cum magno strepitu inuaderent: ad quam partem omni multi-  
tudine cum tumultu decurrēte, nudatis defensore reliquis munitionibus ipse  
aggressus

aggressus ex aduerso ciuitatem cepit.

De insidiis per quas eliciantur obsessi.

Cap. X.

**C**ato in conspectu Lacetanorum quos obsidebat, reliquis suorum submotis Sueffanos quosdam ex auxiliaribus, maximè imbelles, aggredi mœnia iussit: hos cum facta eruptione Lacetani facilè auertissent, & fugiètes auidè insecuti essent, illis quas occultauerat cohortibus oppidum cepit.

*fixit*

Lucius Scipio in Sardinia, cuiusdam ciuitatis per tumultum relicta oppugnatione quam instruxerat, speciem fugientis præstitit: insecutisque temerè oppidanis, per eos quos in proximo occultauerat, oppidum iuuasit.

Annibal cum obsideret ciuitatem Hymeram, castra sua capi de industria passus est, iussis recedere Pœnis, tanquam præualeret hostis. Quo eventu Hymeræis ita deceptis, vt gaudio impulsæ relicta vrbe procurrerent ad Punicum vallum, Annibal vacuam urbem, per eos quos in insidiis ad hanc ipsam occasionem posuerat, cepit. Idem vt Saguntinos eliceret, rara acie ad muros accedens, ad primam eruptionem oppidanorū simulata fuga cessit, interpositoque exercitu ab oppido interclusos hostes à suis, in medio trucidauit.

*acerbis*

Himilco Carthaginensis, apud Agrigentum, iuxta oppidum partem copiarum in insidiis posuit: præcepitque his, vt cum processissent oppidani ligna humida incenderent, deinde cum reliqua parte exercitus luce ad elicièdos hostes progressus, simulata fuga persequentes oppidanos longius cedendo protulit: insidiatores prope mœnia imperatum ignem facerbum subiecerunt, unde obortum contemplati fumum Agrigentini, incensam ciuitatem suam existimauerunt: defendendæque eius gratia, dum trepidè recurrunt, obuiis eis qui insidiati iuxta muros erant, & à tergo instantibus quos persecuti fuerant, in medio trucidati sunt.

Viriatus disposito per occulta milite, paucos misit qui abigerent pecora Socobrigentium, ad quæ illi vindicanda cum frequentes procurrissent, simulantesque fugam prædatores persequerentur, deducti in insidias cæsi que sunt.

Scordisci equites cum Heracleæ duarū partiū præsidio præpositus esset Lucullus, pecora abigere simulantes, puocarunt eruptionem: fugam deinde mētiti, sequente Lucillum in insidias deduxerunt, & octingentos cum eo milites occiderunt.

Chares dux Atheniensium, ciuitatem aggressurus littori appositam, post quædam promōtoria occultè habita classe, è nauibus velocissimam præter hostilia præsidia ire iussit: qua visa, cum omnia nauigia, quæ pro custodia portus agebantur, ad persequendam euolassent, Chares in indefensum portum cum reliqua classe inuectus, etiam ciuitatem occupauit.

*Bartha*

Barca dux Pœnorū, in Sicilia Lilybæi nostris terra marique obsidentibus partem classis suæ procul armatam iussit ostendi, ad eius conspectum cum euolassent nostri, ipse reliquis quas in occulto tenuerat nauibus, Lilybæi portum occupauit.

De simulatione regressus.

Cap. XI.

*admissurus*

**P**hormion dux Atheniensium, cum depopulatus esset agros Chalcidensium legatis eorum de ea re quæretibus benignè respondit: & nocte qua dimissurus illos erat, finxit literas sibi superuenisse ciuium suorum, propter quas redeundum

undum haberet, ac paulum regressus dimisit legatos, his omnia tuta & abisse Phormionem renunciantibus, Chalcidenses spe & oblatae humanitatis & abducti exercitus, remissa urbis custodia, cum cōfestim Phormiō reuertisset, prohibere inexpectatam vim non potuerant.

Agésilas dux Lacedæmoniorum cū Phocenses obsideret, & intellexisset eos qui tunc præsidio illis erant, iam grauari belli incommodo, paululū regressus tanquam ad alios actus, liberam occasionem recedendi his dedit: non multo post milite reducto, destitutos Phocenses superauit.

Alcibiades aduersus Byzantios, qui se mœnibus cōtinebant, insidias disposuit, & simulato regressu, incautos eos oppressit.

Viriatus cum tridui iter discedens confecisset, idem illud vno remensus securos Segobrienses & sacrificio tum maximè occupatos oppressit.

Epaminundas Mantiniam cum Lacedæmonios in subsidium hosti venisse animaduerneret, ratus posse Lacedæmonem occupari, si clam illò profectus esset, nocte crebros ignes fieri iussit, vt specie remanendi occultaret profectiōem: sed à transfuga proditus, affecuto exercitu Lacedæmoniorum, itinere quidem quod Spartam petebat, destitit: idem tamen consilium conuertit ad Mantinien- Portam  
ses, æque enim ignibus factis Lacedæmonios quasi maneret frustratus, per xl. millia passuum Mantiniam reuertitur, eamque auxilio destitutam occupauit.

Ex contratio circa tutelam obsessorum, de exercitanda  
cura suorum. Cap. XII.

**A**lcibiades Athenien. ciuitate sua à Lacedæmoniis obsessa, veritus negligentiam vigilum, denunciauit his qui in stationibus erāt, vt obseruarent lumen quod nocte ostensurus esset ex arce, & ad conspectum eius ipsi quoque lumina attollerent. In quo munere qui cessasset, pœnam passurum: dum sollicitè expectatur signum ducis, peruigilatum ab omnibus & suspectæ noctis periculum euitatum est.

Iphicrates dux Atheniensium cum præsidio Corinthū teneret, & sub aduentum hostium ipse vigilias circūiret, vigilem quem dormientem viderat, trāssixit cuspide, quod factum quibusdam tanquam sæuum increpātibus, Qualem inueni, inquit, talem reliqui. Epaminundas Thebanus idem fecisse dicitur.

De emittendo & recipiendo nuncio. Cap. XIII.

**R**omani obsessi in Capitolio ad Camillum ab exilio implorandum miserunt Pontium Cominum, qui vt stationes Gallorum falleret, per saxa Tarpeia dimissus, trāsnato Tyberi Veios peruenit, & perpetrata legatione similiter ad suos rediit.

Campani diligenter Romanis, à quibus obsessi erant, custodias agentibus, quēdam pro transfuga subornatum miserunt, qui occultatam baltheo epistolam inuenta effugiendi occasione ad Pœnos pertulit.

Venatione quoque & pecoribus quidam infuerunt literas, membranarum miserunt  
mandatas.

Alioqui & iumentum in† aduersam partem infulserunt, dum stationes auerfam  
partem in-  
fluxerunt  
transeunt. Nonnulli interiora vaginarum inscripserunt.

L. Lucul-

Cyzicenos

L. Lucullus† Cyricenos obsessos à Mithridate, vt certiores aduentus sui faceret, cùm præsidis hostiũ teneretur introitus vrbs, qui vnus & angustus ponte modico insulam continenti iungit, militem è suis sciolum nandi, & nauticæ artis peritũ, iussit insidentem duobus inflatis vtribus, literas insutas habentibus, quos ab inferiore parte duabus regulis inter se distantibus commiserat, ire septem milliũ passuum traiectum. Quod ita peritè gregalis fecit, vt cruribus velut gubernaculis dimissis cursum dirigeret, & procul visentes, qui in statione erant, marinæ specie beluæ deciperet.

Scultenam

Hircius Cos. ad Decimum Brutum, qui Mutinæ ab Antonio obsidebatur, literas subinde misit plumbo scriptas, quibus ad brachium religatis, milites † Scultellam amnem transnabant.

Idem columbis (quas inclusas antè tenebris & fame affecerat) epistolas seta ad collum religabat, easque à propinquo in quantum poterat mœnibus loco emittebat: illæ lucis cibi que auidæ, altissima ædificiorum petentes excipiebantur à Bruto, qui eo modo de omnibus rebus certior fiebat: vtique postquàm disposito quibusdam locis cibo columbas illuc deuolare instituerat.

De introducendis auxiliis & com meatibus suggerendis. Cap. XIII.

Aregua

**B**ello ciuili, cùm † Aregua vrbs in Hispania Pompeianorum partium obsideretur, Maurus interrex, tanquam Cæsarianus Tribuni cornicularius vigiles quosdam excitauit, è quibus aliquos euitans, constantia fallaciæ suæ per medias Cæsaris copias præsidium Pompei traduxit.

Annibale obsidente Casilinum Romani farinã doliis secũda aqua Vulturi fluminis demittebant, vt ab obsessis exciperetur, quibus cùm obiecta per medium amnem cathena Annibal obstitisset, nuces sparsere, quæ cum aqua ferente ad oppidũ deflueret, eo cõmeatu sociorum necessitatem sustentauerunt.

Hircius Mutinensibus obsessis ab Antonio salem, quo maxime indigebat, cuppis conditum, per amnem Saniturnum intromisit. Idem pecora secunda aqua dimisit, quæ excepta sustentauerunt necessariorum inopiam.

Quemadmodum efficiatur vt abundare videantur quæ deerunt. Cap. XV.

**R**omani cùm à Gallis Capitoliũ obsideretur, in extrema iam fame panem in hostem iactauerunt: cõsecuti que vt abundare com meatibus viderentur, obsidionem donec Camillus subueniret tolerauerunt.

Athenienses aduersus Lacedæmonios idem fecisse dicuntur.

Hi qui ab Annibale Casilini obsidebantur ad extremam famem peruenisse crediti, cùm etiam herbas alimentis eorum Annibal sæpe arato loco quie rat inter castra ipsius & mœnia præriperet, femina in præparatum locum iecerunt: consecuti vt habere viderentur, quo victum sustentarent vsque ad factorum prouentum.

delicere

Reliqui ex Variana clade, cùm obsiderentur, quia † defici frumẽto videbantur, horrea tota nocte circũdixerunt: captiuos deinde præcisus manibus dimiserunt, hi circũsidentibus suis persuaserunt, ne spem maturæ expugnationis reponerent in fame Romanorum, quibus alimentorũ ingens copia superesset.

Thraces

Thraces in arduo monte obsessi, in quem hostibus accessus non erat, collato viritim exiguo tritico, aut caseo pauerunt pecora, & in hostium præsidia dimiserunt: quibus exceptis occisisq; cum frumenti vestigia in visceribus eorum apparuissent, opinatus hostis magnam vim tritici superesse eis, qui inde etiam pecora pascerent, recessit ab obsidione.

Thrasylbulus dux Milesiorum cum longa obsidione milites sui angerentur ab Aliatte, qui sperabat eos ad deditiorem fame posse compelli, sub aduentum legatorum Alliattis frumentum omne in forum compellere iussit: & conuiuibus sub id tempus institutis per totam urbem epulas præstitit: atq; ita persuasit hosti superesse ipsis copias, quibus diurnam sustinerent obsidionem. *instructis*

Qua ratione proditoribus & transfugis occurratur, Cap. XVI.

**C**L. Marcellus cognito consilio Battei Nolani, qui corrumpere ad defectionem populares studebat, & Annibali gratificabatur, quod illius beneficio curatus inter Cannenses faucibus, & ex captiuitate remissus ad suos erat, quia interficere eum (ne supplicio eius reliquos concitaret Nolanos) non audebat, accersitum ad se allocutus est, dicens, fortissimum eum militem esse, quod antea ignorasset: hortatusq; est, ut secum moraretur: & super verborum honorem, equo quoque donauit. Qua benignitate non illius tantum fidem, sed etiam popularium qui ex illo pendebant, sibi obligauit.

Amilcar dux Pœnorum, cum frequenter auxiliares Galli ad Romanos transfirent, etiam ex consuetudine, ut socii exciperentur, sibi fidelissimos subornauit ad dissimulandam transitionem, qui Romanos excipiendorum causa eorum progressos cæciderunt. Quæ solertia Amilcari non tantum ad præsentem profuit successum, sed in posterum præstitit, ut Romanis veri quoque transfugæ forent suspecti. *occiderunt*

Hanno Carthaginensium Imperator in Sicilia, cum comperisset Gallorum mercenariorum circiter quatuor milia conspirasse ad transfugiendum ad Romanos, quod aliquot mensium mercedes non receperant, animaduertere autem in eos non auderet, metu seditionis, promisit prolationis iniuriam, liberalitate pensaturum: quo nomine gratias agentibus Gallis, per tempus idoneum datis pollicitis, fidelissimum dispensatorem ad Otacilium cos. misit: qui tanquam rationibus interuersis transfugisset, nunciauit nocte proxima Gallorum quatuor milia, quæ prædatum forent missa, posse excipi. Otacilius nec statim credidit transfugæ, nec tamen rem spernendam ratus, disposuit insidiis lectissimam manum suorum, ab ea Galli excepti dupliciter, Hannonis consilio satisfecerunt & Romanos cæciderunt, & ipsi omnes interfecti sunt. *dicitur pollicitus*

Annibal simili consilio se à transfugis vltus est. Nam cum aliquos ex militibus suis sciret transfugisse proxima nocte, nec ignoraret exploratores hostium in castris suis esse, palam pronuntiauit, non debere transfugas vocari solertissimos milites, qui ipsius iussu exierint ad excipienda hostium consilia, auditis quæ pronuntiauit, retulerunt exploratores ad suos. Tum comprehensi à Romanis transfugæ & amputatis manibus remissi sunt. *compressi*

Diodorus cum præsidio Amphipolim tueretur, & duo milia Thracum suspecta

cta haberet, quæ videbantur urbem direptura, mētitus est paucas hostium naues proximo littori applicuisse, easq; diripi posse. Qua spe simulatos Thraca emilit, ac deinde clausis portis non recepit.

De eruptionibus.

Cap.

XVII.

**R**omani, qui in præsidio Panormitanorum erant, veniente ad obsidionem Hasdrubale, raros ex industria in muris posuerunt defensores: quorum paucitate contempta, cum incautus muris succederet Hasdrubal, eruptione facta ceciderunt eum.

Aemilius Paulus vniuersis Lyguribus improuisò adortis castra eius, simulato timore militem diu continuit, deinde fatigato iam hoste, à quatuor portis eruptione facta strauit cepitq; Lygures.

Velius præfectus Romanorum arcem Tarentinorum tenens, misit ad Hasdrubalem legatos, ut abire sibi incolumi liceret: ea simulatione ad securitatem perductum hostem eruptione facta cecidit.

C. Pompeius circumseffos ad Dyrrhachium non tantum obsidione liberavit suos, verum etiã post eruptionem, quam opportuno & loco & tempore fecerat, Cæsarem ad castellum, quod duplici munitione instructum erat, auidè irumpentem, exterior ipse circumfusus corona obligauit, ut ille inter eos quos obsidebat, & eos qui extra circumuenerat medius, non leue periculum & detrimentum senserit.

*didacum  
aliàs rhyt  
dacum*

Flavius Fimbria in Asia apud † Hildinacum aduersum filium Mithridatis brachiis à latere ductis, deinde fossa in fronte percussa, quietum in vallo militem tenuit, donec hostilis equitatus intraret angustias munimentorum, tunc eruptione facta sex milia eorum cecidit.

C. Cæsar in Gallia deletis ab Ambiorige Titurii Sabini & Cottæ legatorum copiis, cum à Q. Cicerone, qui & ipse oppugnabatur, certior factus, cum duabus legionibus aduentaret, conuersis hostibus metum simulauit, militesq; in castris quæ ampliora solito industria fecerat tenuit: Galli præsumpta iam victoria, velut ad prædam castrorum tendentes, fossas implere, & vallum detrahare coeperunt: qua re prælio aptatos, Cæsar emisso repente vndiq; milite trucidauit.

Titurius Sabinus aduersus Gallorum amplum exercitum continendo militem iuxta munimenta, præstitit eis suspicionem metuentis: cuius augēde causa perfugam misit, qui affirmaret exercitum Romanum in desperatione esse, ac fugam cogitare: Barbari oblata victoriæ spe concitati, lignis sarmentisq; se oneraverunt, quibus fossas complerent: ingentiq; cursu castra nostra in colle posita petiuerunt, vnde in eos Titurius vniuersas immisit copias, multisq; Gallorum caesis plurimos in deditioem accepit.

Asculani oppugnaturus oppidum Pompeio cum paucos senes ægros in muris ostendissent, ob id securos Romanos eruptione facta fugauerunt.

Numantini obsessi, ne pro vallo quidem instruxerunt aciem, adeoq; se continuerunt, ut Popilio Lenati fiducia fieret, scalis oppidum aggrediendi. Quo deinde suspicante insidias (quia ne tunc quidem obsistebatur) ac suos reuocante, eruptione facta auersos & descendentes adorti sunt.

De constantia



De constantia obsessorum. Cap. XVIII.

**R**omani assidete mœnibus Annibale ostentandæ fiducię gratia, supplementum exercitibus, quos in Hispania habebant, diuersa porta miserunt.

Idem agrum in quo castra Annibal habebat, defuncto forte domino, vanalem ad id precium licendo perduxerunt, quo is ager ante bellum vœnierat: Hi dum ab Annibale obsiderentur, & ipsi obsiderent Capuam, decreuerunt ne nisi capta ea, reuocaretur inde exercitus.

Finis Libri tertii.

# SEXTI IVLII FRON

TINI VIRI CONSVLARIS STRA

tegematon Libri Quarti Præfatio.



Ultæ lectione cõquisitis Strategematibus, & non exiguo scrupulo digestis, vt promissum trium librorum implerem, si modò impleui, in hoc exhibebo ea quæ parùm aptè descriptioni priorum ad speciem alligata subici videbantur, & erant exēpla potius strategicõn quam strategemata. Quę idcirco separaui, quia quàmuis clara, diuersæ tamē erāt substantię: ne si qui forte in aliqua ex his incidissent, similitudine indoctè prætermissa opinarentur: & sanè velut residua expedienda sunt, in quo sicut antea, & ipse ordinem per species seruare conabor.

De Disciplina

Cap. I.



Vblius Scipio ad Numantiam, corruptum superiorum ducum socordia exercitum correxit, dimisso ingenti lixarum numero, reductis ad munus quotidiana exercitatione militibus, quibus cum frequens iniungeret iter, portare complurium dierum cibaria imperauit, ita vt frigora & hymbres pati, vada fluminum pedibus traicere assuesceret miles: exprobrante subinde Imperatore timiditatem & ignauiam, frágente delicatioris vsus ac parum necessaria expeditioni vasa. Quod maxime nobiliter accidit C. Meuiο tribuno, cui dixisse traditur Scipio, Mihi paulisper, tibi & reipub. semper nequam eris.

Q. Metellus bello Iugurthino, similiter lapsam militũ disciplinam pari seueritate restituit, cum insuper prohibuisset alia carne quã assa elixá ve milites vti.

Pyrrhus delectori suo fertur dixisse, Tu grádes elige, ego eos fortes reddá.

Lucio Flacco & C. Varrone Coss. milites primo iureiurádo facti sunt, antè enim sacramento tantummodo à tribunis rogabantur: ceterũ ipsi inter se tantum coniurabant se fugæ atq; formidinis causa non abituros: neque ex ordine recessuros, nisi teli petendi feriendive hostis aut ciuis seruandi causa.

Scipio Aphricanus, cũ ornatũ scutũ elegantius cuiusdã vidisset, dixit nõ se mirari, q; tanta cura ornasset, in quo plus præsidii quàm in gladio haberet.

Philippus cum primum exercitũ cõstitueret, vehiculorũ vsum omnibus in-

terdixit, equitibus non amplius quàm singulos calones habere permisit: peditibus autem denis singulos, qui molas & funes ferrent in æstiuâ exeuntibus, xxx. dierum farinam collo portare imperauit.

*Muli Mariani.* Caius Marius recidendorum impedimentorum gratia, quibus maxime exercitus agmen oneratur, vasa & cibaria militum in fasciculos aptata furcis imposuit, sub quibus & habile onus & facilis requies esset: vnde & in prouerbum tractum est Muli Mariani.

Theogenes Atheniensis cū exercitum Megaram duceret, petentibus ordines respondit ibi se daturum: dein clam equites præmisit, eosq; hostium specie impetum in suos retorquere iussit: quo facto quos tum habebat, tanquã ad hostium occursum præpararentur, permisit ita ordinari aciem, vt quo quis voluisset loco consisteret, & cū inertissimus quisque retrò se dedisset, strenui autē in fronte profiluissent, vt quenque inuenerat stantē, ita ad ordines militiæ puenit.

Lyfander Lacedæmonius, egressum via quendam castigabat: cui dicenti ad nullius rei rapinam se ab agmine recessisse, respōdit, ne speciem quidem rapturi præbeas volo.

Antigonus cū suum filium diuertisse audisset in eius domum cui tres filię insignes specie essent, Audio, inquit, fili angustè habitare te, pluribus dominis domum possidentibus, hospitium laxius accipe: iustoque commigrare edixit, ne q̄s minor quinquaginta annos natus, hospitio matris familias vteretur.

*Q. Metellus Cos.* quàmuis nulla lege impediretur, quin filiū contubernalem perpetuum haberet, maluit tamen eum in ordine merere.

*Publius Rutilius Cos.* cum secundum leges in cōtubernio suo filium posset habere, in legione militem fecit.

*T. Scaurus* filium, quòd in saltu Tridentino loco hostibus cesserat, in cōspectum suum venire vetuit: adolescens verecundia ignominia pressus mortem sibi consciiuit.

Castra antiquitus Romani cæteræq; gētes passim per corpora cohortiū velut mapalia constituere soliti erāt, cum solos urbium muros nosset antiquitas.

*Pyrrhus Epirotarum rex,* primus totum exercitum sub eodem vallo continere instituit. Romani deinde victo eo in Campis Arufinis, circa urbem † Statuentum castris eius potiti & ordinatione notata paulatim ad hanc vsque metationem, quæ nunc effecta est peruenerunt.

*P. Nalica* in hybernis, quàmuis classis vsus non esset necessarius, ne tamen desidia miles corrumperetur, aut per ocii licētiam sociis iniuriam inferret, naues ædificare instituit.

*M. Cato* memoriæ tradidit, in furto cōprehēsis inter cōmilitones dextras esse præcisas: aut si lentius animaduertere voluissent in principes, sanguinē missū.

*Clearchus dux Lacedæmoniorū* exercitui dicebat, Imperatorē potius quàm hostem metui debere, significans eos, qui in prælio dubiam mortem timuissent, certum, si deseruissent, manere supplicium.

*Appii Claudii* sententia, senatus eos qui à Pyrrho rege Epirotarum capti, & postea remissi erant, equites ad peditē redegit, pedites ad leuam armaturam, omnibus

omnibus extra vallum iussis tendere, donec bina hostiū spolia singuli referrēt.

Otacilius Crassus Cos. eos q̄ ab Annibale sub iugū missi redierāt, tēdere extra vallū iussit, vt immuniti assuescerēt piculis, & aduersus hostē audētiores fierēt.

P. Cornelio Nasica, Decimo Iunio Coss. qui exercitum deseruerant damnati, virgis cæsi publicè vānerunt.

Domitius Corbulo in Armenia, duas alas & tres cohortes, quæ ad castellū initio hostibus cesserant, extra vallū iussit tendere, donec assiduo labore & p̄speris excursionibus redimerent ignominiam.

Aurelius Cotta Cos. cū ad opus equites necessitate cogente iussisset accedere, eorumq̄; pars detrectasset imperium, questus apud cēsores, effecit vt notarentur à patribus, deinde obtinuit, ne eis præterita æra procederent. Tribuni quoq̄; plebis de eadem re ad populum pertulerunt, omniumq̄; cōsensu stabilita disciplina est.

Q. Metellus Macedonicus in Hispania quinque cohortes, quæ hostibus cesserant, testamentum facere iussas, ad locum recuperandum remisit, minatus non nisi post victoriam receptum iri.

P. Valerio consuli senatus præcepit exercitum ad Sirim victum ducere Serinum, ibique castra munire, & hyemem sub tentoriis exigere.

Senatus cū turpiter fugati eius milites essent, decreuit ne auxilia ei submitterentur, nisi captis eius legionibus, quæ punico bello militiam detrectauerant: at in Siciliam velut relegatis per vii annos ordeū ex senatusconsulto datum est.

L. Piso cū Titium præfectū cohortis, quod loco fugitiuus cesserat, cincto togæ præciso, soluta tunica, nudis pedibus, in principiis quotidie stare, dum vigiles venirent, iussit conuiuuiis & balneo abstinere.

Sylla cohortem & cēturiones, quorum stationem hostis perruperat, galeatos & discinctos per stare in principiis iussit.

Domitius Corbulo in Armenia, Aemilio Rufo præfecto equitū, quia hostibus cesserat, & parū instructā armis alam habebat, vestimēta per liCTORē scidit: eidemq̄; vt erat scædato habitu, p̄stare in principiis donec mitterētur, ip̄eravit.

Attilius Regulus cū ex Samnio in Lucernā transgrederetur, exercitusque eius obuiis hostibus aduersus esset, opposita cohorte iussit fugientes pro defectoribus cædi.

Cotta Cos. in Sicilia, in Valerium Nobilem tribunū militum ex gente Valeria virgis animaduertit.

Idē P. Aureliū sanguine sibi iunctū, quē obsidioni Lipararū ipse ad auspicia repetenda Messanam transiturus præfecerat, cū ager incensus, & capta castra essēt, virgis cęsum in numerū gregaliū peditū referri, & muneribus fūgi iussit.

Fulvius Flaccus Censor Fulvium fratrem suum, quia legionem, in qua tribunus militum erat, iniussu consulis dimiserat, à senatu mouit.

M. Cato ab hostili littore, in quo per aliquot dies māserat, cū tradito profectionis signo classem soluisset, & relictus è militibus quidā alta voce & gestu expostularet, vti tolleretur, circumactō ad littus vniuersa classe comprehēsum supplicio affici iussit: & quem occisuri per ignominiam hostes fuerant, exēplo

potius impendit. Appius Claud. ex his qui loco cesserant decimum quemque militem, sorte ductū, fuste percussit. Fab. Rullus Cos. ex duabus legionibus, quæ loco cesserant sorte ductos in conspectu militum securi percussit. Aquirius ternos ex centuriis, quorum statio ab hoste perrupta erat, securi percussit. M. Antonius cum agger ab hostibus incensus esset, ex his qui in opere fuerant duarum cohortium militem decimavit, & in singulos ex his centuriones animaduertit, legatum cum ignominia dimisit, reliquis ex legione ordeum dari iussit. In legionem, quæ Regium oppidum iniussu ducis diruerat, animaduersum est, ita ut quatuor milia tradita custodiæ necarentur. Præterea senatusconsulto cautum est, ne quem ex iis sepelire vel lugere fas esset.

L. Papyrius Cursor dictator Fabium Rutiliū, magistrum equitum, quod aduersus dictum eius, quamuis prosperè pugnauerat, virgis poposcit cæsum, securi percussurus: nec contentioni aut precibus militum concessit animaduersionem, cumq; profugientem Romam persecutus est: nec ibi quidem remisso prius supplicii metu, quam ad genua eius & Fabius cum patre prouolueretur & pariter senatus ac populus rogarent.

Manlius cui Imperioso postea cognomē fuit, filium quod is contra edictum patris cum hoste pugnauerat, quamuis victorem, in conspectu exercitus virgis cæsum securi percussit.

Manlius filius, exercitu pro se aduersus patrem seditionem parante, negauit tanti esse quenquam, ut propter illum disciplina corrumperetur, & obtinuit ut ipsum puniri paterentur.

Q. Fabius Maximus transfugarum dexteras præcidit.

M. Curio Cos. bello Dardanico, circa Dirachium, cum ex quinque legionibus vna, seditione facta, militiam detrectasset, secuturamq; se temeritatem ducis in expeditionem asperā & insidiosam negasset, quatuor legiones eduxit armatas & consistere in ordinibus, detectis armis velut in acie, iussit. post hæc seditionem legionē inermem procedere, & distinctamq; in conspectu armati exercitus, stramēta coëgit secare: postero autem die similiter fossam distinctos milites facere, nullisq; precibus legionis ab eo impetrari potuit, ne signa eius submitteret, nomenq; aboleret, milites autem in supplementum cæterarum legionum distribueret.

omnibus.

distinctamq;

Q. Fulvio, Appio Claudio Coss. ex pugna cānensi in Siciliā à Senatu relegati postulauerunt à Cos. M. Marcello, ut in prælium ducerentur, ille Senatum consuluit: senatus negauit sibi placere cōmitti his rempub. quam deseruissent: Marcello tamen permisit facere quod videretur, dum ne quis eorum munere vacaret, néve donaretur, néve quod præmiū ferret, aut in Italiam reportaretur, dum Pœni in ea fuissent.

M. Salinator consularis damnatus est à populo, quod prædam non æqualiter diuiserat militibus.

numeroque  
rescindere-  
tur.

Cum ab Lyguribus in prælio Q. Petilius Cos. interfectus esset, decreuit senatus, uti ea legio, in cuius acie Cos. erat occisus, tota infrequēs referretur, stipendium ei annuum non daretur, & æraq; rescinderentur.

De effectu

De effectu disciplinae.

Cap. II.

**B**Ruti & Casii exercitus, memorie proditum est, bello civili cum vna per Macedoniam iter facerent, priorque Brutus ad fluuium, in quo pontem iungi oportebat, peruenisset, Casii tamen exercitum & in efficiendo ponte, & in transitu maturado precessisse: qui vigor discipline effecit, ne non solum in operibus, verum etiam in summa belli prestarent Casiani Brutianis.

C. Marius, cum facultatem eligendi exercitus haberet, ex duobus qui sub Rutilio, & qui sub Metello, ac postea sub seipso meruerant, Rutilianum quendam minorem, qui certioris disciplinae arbitrabatur † praoptauit.

Domitius Corbulo, duabus legionibus & paucissimis auxiliis disciplina † *punctavit* *correcta* correpta Parthos sustinuit.

Alexander Macedo xl milibus hominum, iam inde a Philippo patre disciplinae assuefactis, orbem terrarum aggressus, innumeras hostium copias vicit.

Cyrus bello aduersus Persas, xiiii milibus armatorum immensas difficultates superauit.

Epaminundas dux Thebanorum iiii milibus hominum ex quibus cccc, tantum equites erant, Lacedaemoniorum exercitum, xxiiii milium peditum, equitum mille sexcentorum vicit. A iiii milibus Graecorum, qui numerus in auxiliis Cyri aduersus Artaxerxem fuit, centum milia barbarorum, praelio superata sunt.

Eadem Graecorum praelio xiiii milia, amissis ducibus reditus sui cura vni ex corpore suo Xenophonti Atheniensi demandata, per iniqua & incognita loca, incolumia reuersa sunt.

Xerxes a ccc Lacedaemoniorum ad Thermopylas vexatus, cum vix eos confecisset, hoc se deceptum aiebat, quod multos quidem homines haberet, viros autem disciplinae tenaces nullos

De continentia. Cap. III.

**M**Arcum Catonem vino eodem, quo remiges, contentum fuisse traditur. Fabricius cum Cyneas legatus Epirotarum grande pondus auri dono ei daret, non accepto eo, dixit, malle se habentibus id imperare quam habere.

Attilius Regulus cum summis rebus praefuisset, adeo pauper fuit, ut se, coniugem, liberosque toleraret agello, qui colebatur per vnum villicum, cuius audita morte, scripsit senatui de successore, destitutis rebus obitu serui necessariam esse praesentiam suam.

Cn. Scipio, post res prosperè gestas in Hispania, in summa paupertate decessit, nec ea quidem relicta pecunia, quae sufficeret in dotem filiarum, quas ob inopiam publicè dotauit senatus

Idem praestiterunt Athenienses filiis Aristidis, post amplissimarum rerum administrationem, in maxima paupertate defuncti. Epaminundas dux Thebanorum tantae abstinentiae fuit, ut in suppellectili eius, praeter ahenum & veru vnicum nihil inueniretur.

Annibal surgere de nocte solitus, ante noctem non quiescebat, crepusculo demum ad coenam † vacabat: neque amplius quam duobus lectis discubebatur apud eum. *uocabat*

Idem cum sub Hasdrubale Imperatore militaret, plerumque super nudam humum † sagulo tectus, somnos capiebat. *saculo*

Aemilianum

Aemilianum Scipionem traditur in itinere cum amicis ambulantiem, accepto pane vesci solitum. Idem & de Alexandro Macedone dicitur.

Malsinissam nonagesimum ætatis annum agentem, meridie ante tabernaculū stantem, vel ambulantiem capere solitum cibos legimus.

C. Curius, cum victis ab eo Sabinis, ex Senatusconsulto ampliaret ei modus agri, quem cōsummati milites accipiebant, gregalium portione cōtentus fuit: malum ciuem dicens, cui non esset id, quod cæteris satis.

Vniuersi quoque exercitus notabilis sæpe fuit cōtinentia, sicuti eius qui sub M. Scauro meruit: namq; memoriæ tradidit Scaurus, pomiferam arborē quam in pede castrorum fuerat complexa metatio, postero die abeunte exercitu intactis fructibus relictam.

Auspiciis Imp. Cæs. Domitiani Augusti, Germanico bello, quod Iulius Ciuilis in Gallia mouerat, Lingonum opulentissima ciuitas, quæ ad Ciuilē desciebat, cum adueniente exercitu Cæsaris populationem timeret, quod contra expectationem inuiolata, nihil ex rebus suis amiserat ad obsequium redacta septuaginta milia armatorum tradidit ei.

L. Mummius, qui Corintho capta non Italiā solūm, sed etiam Prouinciā tabulis statuisque exornauit, adeò nihil ex tantis manubiis in suum conuertit: ut filiam eius inopem senatus ex publico dotauerit.

De iustitia.

Cap.

III.

**C**Amillo Phaliscos obsidēti, ludimagister liberos Phaliscorum, tāquam ambulandi causa extra murum eductos, tradidit, dicens repetendis eis obsidibus necessario ciuitatem imperata facturā. Camillus non solūm spreuit perfidiam, sed & restrictis post terga manibus magistrum virgis agendum ad parētes tradidit pueris, adeptus beneficio victoriā, quam fraude non cōcupierat. Nam Phalisci ob hanc iustitiam sponte ei se dediderunt.

Ad Fabricium ducem Romanorum medicus Pyrrhi Epirotarū regis peruenit, pollicitusq; est daturū se Pyrrho venenū, si merces sibi, in qua operæ precium foret, constitueretur. Quo facinore Fabricius egere victoriā suam nō arbitratus, regi medicum detexit: atq; ea fide meruit, ut ad appetendam amicitia Romanorum compelleret Pyrrhum.

De constantia

Cap.

V.

**C**N. Pompeius minantibus direpturos pecuniā militibus, quæ in triumpho ferretur, Seruilio & Glaucia cohortatibus ut diuideret eā, ne seditio fieret, affirmavit non triumphaturū se, sed potius moriturū, quā licentię militū succumberet, castigatisq; oratione graui laureatos fasces obiecit, ut ab illorum inciperent direptione, eaque inuidia redegit eos ad modestiam.

C. Cæsar seditione in tumultu ciuiliū armorū, ac tū maxime tumētibus animis legionē totā exauctorauit, ducibus seditionis securi percussis: mox eos quos exauctorauerat, ignominiam deprecantes restituit, & optimos milites habuit.

Posthumius consularis cohortatus suos, cum interrogatus esset à militibus quid imperaret, dixit, ut se imitarentur: & arrepto signo hostes primus inuasit, quem secuti victoriā adepti sunt.

L. Marcel.

L. Marcellus cum in manus Gallorū imprudens incidisset, circumspectandæ, regionis, qua euaderet causa, equum in orbē flexit: deinde cū omnia esse infesta vidisset, precatus deos in medios hostes irrupit, quibus inopinata audacia percussis, ducem quoq; eorum trucidavit, atq; vbi spes salutis vix superfuerat, inde opima retulit spolia.

L. Paulus amisso ad Cannas exercitu, offerente equum Lentulo quo fugeret, superesse cladi (quanquā non per ipsum contractæ) noluit, sed in eo saxo, cui se vulneratus acclinauerat, persedit, donec ab hostibus oppressus cōfoderetur.

Varro collega eius vel maiore constantia post eandem cladē vixit, gratiæq; ei à senatu & populo actę sunt, quòd non desperasset remp. Non autem vitę cupiditate sed reipub. amore se superuisse reliquo ætatis suæ tēpore approbavit. Nam & barbam capillumq; submisit, & postea nunquam recubans cibum cepit, honoribusq; cum ei deferrentur à pop. renunciauit, dicens foeliciores magistratibus reip. opus esse.

Sempron. Tuditanus, & C. Octavius Trib. militū omnibus fufis ad Cānas, cum in minoribus castris circūsiderentur suaserunt cōmilitonibus, vt stringerent gladios, & per hostiū præsidia erūperēt secū, id sibi esse animi, etiā si nemi ni ad erūpendum audacia fuisset, affirmans: de cunctātibus xii omnino equitibus vel peditibus q̄ comitari sustinuerāt reptis, incolumes Canusiū peruenerūt.

C. Fonteius Crassus in Hispania, cum tribus milibus hominum prædatum profectus, locoq; in quo circūuentus ab Adrubale ad primos tantū ordines relato consilio, incipiente nocte (quo tempore minimè expectabatur) per stationes hostium erupit.

P. Decius Tribunus militum, bello Samnitico, Cornelio consuli iniquis locis deprehenso ab hostibus suavit, vt ad occupandū collē, qui in p̄p̄inquo erat, modicam manum mitteret, seq; ducem his, qui mittebātur obtulit, auocatus in diuersa hostis emisit cōsulem. Decium autem cinxit obseditq;: illas quoq; angustias, nocte eruptione facta, cū eluctatus esset, Decius incolumis cum militibus consuli accessit.

Idem fecit sub Attilio Calatino cōsule cuius varie tradūtur nomina, alia Liberium, nonnulli Cędicium, quā plurimi Calphurnium Flammā vocitatum scripserunt. Hic cum demissum in eam vallem videret exercitum, cuius omnia latera quæ, erant superiora hostis infederat, depoposcit, & accepit à cōsule trecētos milites, quos hortatus vt virtute sua exercitū seruarēt, in mediam vallē decurrit: ad opprimendos eos vndique descēdit hostis, lōgoque & aspero prælio retētus, occasionem consuli ad extrahendum exercitum dedit.

C. Cæsar aduersus Germanos & regem Ariouistum pugnaturus confusus animis pro cōcione dixit, nullius se eo die opera, nisi decimæ legionis vsurum: quo affectus est, vt & decumani tāquam præcipuæ fortitudinis testimonio cōcitarentur, & cæteri pudore, ne penès alios gloria virtutis esset.

Lacedæmonius quidam nobilis, Philippo denunciante multis se prohibiturum, nisi ciuitas sibi traderetur, Num inquit & pro patria mori nos prohibebit?

Leonidas Lacedæmonius, cum dicerentur Persæ sagittarum multitudine  
nubes

nubes esse facturi, fertur dixisse, melius in vmbra propugnabimus.

Cælius prætor vrbanus, cum ei ius dicenti picus in capite insedisset, & aruspices respōdissent, dimissa aue, hostiū victoriā fore: necata, populum Romanum superiorē, ac Cælium cū familia periturum, auem occidit, qua occisa, nostro exercitu vincēte, ipse cū xiiii Cæliis ex eadē familia in prælio est occisus: hūc quidam non Cælium sed Lælium fuisse, & Lælios non Cælios perisse credunt.

P. Decius primo pater, postea filius, in magistratu se p̄ republica deuouerūt, admissisq; in hostem equis, adepti victoriā patrię contulerunt.

P. Crassus, cū bellum aduersus Aristonicum in Asia gerēs, inter Aeliam & Myrinam in hostium copias incidisset, viuusq; abduceretur, execratus in consule Romano captiuitatē, virga qua ad equum erat vsus, Thraci (à quo tenebatur) oculum eruit, atq; ab eo per dolorē concitato transfuerberatus, dedecus seruitutis vt voluerat effugit.

M. Cato Censorii filius, in acie decidēte equo prolapsus, cum se recollegisset, animaduertissetq; gladium excidisse vagina, veritus ignominiam rediit in hostem: ex eoq; aliquot vulneribus recuperato gladio, demū reuersus est ad suos.

Petilini à Pœnis obsessi, parētes & liberos propter inopiam eiecerūt, ipsi coriis madefactis & igne siccatis, foliisq; arborum & omni genere animalium vitam trahentes xi. menses obsidionem tolerauerunt.

Hispani cum Fabrescense omnia eadem passi sunt, nec oppidum Herculeio tradiderunt.

Casilini obsidente Annibale tantam inopiā perpeffi sunt, vt centū denariis murē yænisse, proditū memoriæ sit, eiusq; venditorē fame periisse, emptorē autem vixisse, fidem tamen seruare Romanis perseuerauerunt.

Cyzicum cū oppugnaret Mithridates, captiuos eius vrbis produxit, ostenditq; obsessis arbitratus futurū vt miseratione suorum compelleret ad deditiōnem oppidanos: at illi cohortati ad patiendū fortiter mortem captiuos, seruare Romanis fidem perseuerauerunt.

Aeginenses cum à Viatotis liberi & coniuges cæderentur, præoptauerunt spectare suplicia pignorum suorum, quàm à Romanis deficere.

Numātini ne se dederēt, fame mori præfixis foribus domuū suarū maluerūt.

De affectu & moderatione. Cap. VI.

**Q** Vintus Fabius hortante filio vt locū idoneum paucorum iactura caperet, Vis ne, inquit, tu ex illis paucis esse?

Xenophō cū equo veheretur, & pedites iugū quoddā occupare iussisset, vnū ex eis obmurmurantē, quòd diceret, facile tā laboriosa sedentē imperare, defiliit, & gregalē equo imposuit, cursuq; ipse pedestri ad destinatū iugum contendēs puenit, cuius facti ruborē cum perpeti miles nō posset, irridentibus comilitonibus sponte descēdit. Xenophontem vix vniuersi perpulerūt vt cōscenderet equum, & laborem suum in necessaria duci munera reseruaret.

Alexander cum hyeme duceret exercitū, residēs ad ignē recognoscere prætereuntes copias cœpit, cumque conspexisset quendam propè exanimatum frigore, cōsidere loco suo iussit: dixitq; ei, Si in Persis natus esses, in regia sella rese-

diss



disse tibi capitale foret, in Macedonia nato conceditur.

Diuus Augustus Vespasianus, cum quendam adolescentem honestè natum militiæ inhabilem, angustiarum rei familiaris causa deductum, ad longiorem ordinem rescisset, censu constituto, honesta missione exautorauit. *deductum reiecit*

De variis consiliis.

Cap. VII.

**C**Aesar dicebat idem esse sibi consilium aduersus hostem, quòd plerisque medicis contra vitia corporum, fame potius quàm ferro superandi. *sperandi*

Domitius Corbulo dolabra, id est, operibus hostè vincendum esse dicebat. L. Paulus imperatorem senem moribus dicebat esse oportere, significans moderatiora sequenda consilia.

Scipio Africanus fertur dixisse, cum eum parum quidam pugnacem dicerent, Imperatorem me mater, non bellatorem peperit.

C. Marius Theutono prouocanti eum & postulanti vt prodiret, respondit, si cupidus mortis esset, laqueo eum vitam posse finire: cunq; demonstraret ei gladiatorem contemptæ staturæ & propè exactæ ætatis, obiecit ei, dixitq; si eum superasset, cum victore congressurum.

Q Sertorius experimento didicerat se imparem vniuerso Romanorum exercitui, vt barbaros quoq; inconsultè pugnam deposcentes doceret, adductis in conspectum duobus equis, eorum præualido alteri, alteri admodum exili, duos admouit iuuenes similiter electos, robustum & gracilem: robustiori imperauit equi exilis vniuersam caudam abrumpere, gracili autem valentioris per singulos pilos vellere: cunq; gracili successisset quod imperatum erat, validissimus cum infirmi equi cauda sine effectu luctaretur, naturam (inquit) Sertorius Romanorum virium per hoc vobis exemplum ostendi: milites insuperabiles sunt vniuersos aggredienti, eos lacerabit & carpet qui per partes attentauerit.

Valerius Leninus Cos. cum intra castra sua exploratorem hostium deprehendisset, magnamq; copiarum suarum fiduciam haberet, circumduci eum iussit: terrendiq; hostis causa, exercitus suos visendos speculatoribus eorum, quoti es voluissent patere.

Cælius Primipilaris, qui in Germania post Varianam cladem obsessis nostris pro duce fuit, veritus ne barbari ligna, quæ congesta erant vallo admouerent, & castra eius incenderent, simulata lignorum inopia missis vndiq; qui ea furarentur, effecit vt Germani vniuersos truncos amolirentur.

Cn. Scipio bello nauali amphoras pice & teda plenas, in hostium classem iaculatus est, quarum iactus & pondere foret noxius & diffundendo, quæ continerant alimentum præstarent incendio.

Annibal regi Antiocho monstrauit, vt in hostium classem vascula iacularetur viperis plena, quarum metu perterriti milites à dimicatione & nauticis ministeriis impedirentur. Idem fecit iam cedente classe sua Prusias.

Marcus Porcius, impetu in classem hostium cum transiisset, deturbatis ex ea Pœnis, eorumq; armis, & insignibus, inter suos distributis, multas naues hostium, quos sociali habitu fefellerat merfit.

Athenienses, cum subinde à Lacedæmoniis infestarentur, diebus festis, quos sacros

facros Mineruę extra urbem celebrabant, omnem quidem colentiũ imitationem exprefferunt, armis tantũ & veste celatis: peracto ritu suo, nõ statim Athenas reuerfi, sed protinus inde raptim acto Lacedæmonem versus agmine, eo tempore, quo minimè timebatur, agrum hostiũ, quibus subinde præde fuerat, vltro depopulati sunt.

Cassius onerarias naues, non magni ad alia vsus, accensas, opportuno vento in classem hostium misit, & incendio eam consumpsit.

M. Liuius fuso Asdrubale hortantibus eum quibusdam, vt hostem ad inter necionem persequeretur, respondit: Aliqui & supersint, qui de victoria nostra hostibus nuncient.

Scipio Aphricanus dicere solitus est, hosti non solam dandam esse viam fugiendi, sed etiam muniendam.

Pericles Atheniensis affirmavit incolumes futuros testes, si deponerent ferrum: eiusq; obsecutos conditionibus, vniuersos qui in sagulis ferreas fibulas habuissent, interfici iussit. Hasdrubal subigendorũ Numidarum causa ingressus fines eorum, resistere parantibus affirmavit, ad capiendos se venisse elephãtos, quibus ferax est Numidia: vt hoc permitterent, poscentibus securitatem pmisit, & ex ea persuasione auocatos adortus sub leges redegit.

Alcetas Lacedæmonius, vt Thebanorum comneatum facilius ex inopinato aggrediretur, in occulto paratis nauibus, tanquam vnã omnino haberet triremem, vicibus in eam remigem exercebat: quodã deinde tempore omnes naues in Thebanos transnauigantes immisit, & comneatibus eorum potitus est.

Ptolomæus aduersus Perdiccam exercitu præualentem ipse inualidus, omne pecudum genus, religatis ad tergum quæ traherent carpentis, agendum per paucos curauit equites, ipse prægressus cum copiis quas habebat effecit, vt puluis, quem pecora excitauerant, speciem magni sequentis exercitus moueret, cuius expectatione territum vicit hostem.

Myrodines Atheniensis aduersus Thebanos equitatu præuales pugnaturus, in cãpis suos edocuit, manẽtibus esse spem aliquã salutis, cedentibus autem preniciosissimum: quã ratione confirmatis militibus, victoriam consecutus est.

L. Pinarius in Sicilia præsidio Hennæ præpositus, clauis portarum, quas penes se habebat, reposcentibus magistratibus Hennensium, quod suspectos eos tãquam trãsitionem ad Pœnum pararent habebat, petiit vnus noctis ad deliberationem spacium: indicatãq; militibus fraude Græcorum, cum præcepisset vt parati postera die signum expectarent, prima luce assistentibus militibus redditurum se clauis dixit, si idem omnes Hennenses censuissent: ob eam causam vniuersa multitudo conuocata in theatrum, & idem flagitate, manifesta deficiendi voluntate, signo militibus dato vniuersos Hennenses cæcidit.

Iphicrates dux Atheniensium, classem suam hostili habitu instruxit, & ad eos quos suspectos habebat inuectus, cum effuso studio exciperetur, deprehensa eorum perfidia oppidum ꝑ dirupit.

Tigracus cum edixisset futurum, vt ex Volonũ numero, fortibus libertatẽ daret, ignauos crucibus affigeret, & quatuor milia ex his, quia segnius pugnaue-  
rant

rant metu poenæ in quendam munitum collem coissent, misit qui eis diceret, totum sibi exercitum Volonum vicisse videri, quod hostes † fugissent: & sic *fugissent* eos & sua fide & ipsorum metu exolutos recepit.

Hannibal post præliū, quo ingētem cladē ad Trasimenū Romani acceperunt, cū sex millia hostiū, interposita pactione, in potestatem suā redegisset, socios Latini nominis, benignè in ciuitates suas dimisit, dictitans se Italiæ liberandæ causa bellū gerere, eorūmq; opera aliquot populos in deditiōē accepit.

Mago cum Locri obsiderentur à Crispino, classis nostrę præfecto, diffudit ad Romana castra rumorem, Hannibalem cęso Marcello ad liberandos obsidione Locros, venire: clam deinde equites emissos, iussit à mōtibus, qui in conspectu erant, se ostendere: quo facto effecit vt Crispinus Hānibalem adesse ratus, conscenderet naues ac fugeret.

Scipio Aemilianus ad Numantiam, omnibus non cohortibus tantum, sed centuriis sagittarios & funditores interposuit.

Pelopidas Thebanus, cum à Theffalis in fugam versus, flumen in quo tumultuarium fecerat pontem liberasset, ne sequentibus hostibus idem transitus maneret, nouissimo agmini præcepit, incenderent pontem.

Romani cū Campanis equitibus nullo modo pares essent, Q. Neuius Centurio in exercitu Fuluij Flacci Procos. excogitauit, vt delectos ex toto exercitu, qui velocissimi videbantur, & mediocris staturæ erant † parmulis non *spatulis* amplis, & galericulis gladiisque, ac septenis singulos hastis quaternorum circiter pedum armare, eosque adiūctos equitibus, iuberet vsque ad mœnia prouehi: deinde ibi positis nostris equitibus incipere inter hostium equitatū præliari: quo facto, vehementer & ipsi Campani afflicti sunt & maxime equi eorum, quibus turbatis prona nostris victoria fuit.

P. Scipio in Lydia cum die ac nocte imbre continuo vexatū exercitum Antiochi videret, nec homines tantum aut equos deficere, verū arcus quoque madētibus neruis inhabiles factos, exhortatus est † fratrem, vt postero, quāuis *suos* religioso die, committeretur prælium: quam sentētiam secuta victoria est.

Catonem vastantem Hispaniam, legati † Ilergetum qui sociorum populus *Ilergetum* erat, adierūt orauerūtque auxilia: ille ne aut abnegato adiutorio socios alienaret, aut diducto exercitu vires minueret, tertiam partem militum cibaria parare, & naues ascendere iussit, dato præcepto, vt causati ventos, retro redirent: præcedens interim aduentantis auxiliij rumor, vt Ilergetum excitauit animos, ita hostium consilia discussit.

C. Cæsar cū in partibus Pompeianis magna equitum Romanorum esset manus, eaque armorum scientia milites conficeret, ora oculosque eorum gladiis peti iussit, & sic aduersam faciem cedere coëgit.

Vaccei, cum à Sempronio Graccho collatis signis vrgerentur, vniuersas copias cinxere plaustris, quæ impleuerant fortissimis viris, muliebri veste tectis. Sempronium quoque, tanquā aduersus foeminas, audentius ad obsidendos hostes consurgentem, hi qui in plaustris erant aggressi fugauerunt.

Eumenes Sardinianus ex successoribus Alexandri, in castello quodā clausus,

X quo exerce

vndique

quo exercere equos non poterat, certis quotidie horis ita suspendebat, vt posterioribus pedibus innixi, prioribus alleuatis, cum naturalem assistendi appetunt consuetudinem, ad sudorem vimque crura iactarent.

M. Cato, pollicentibus Barbaris duces itinerum, & insuper præfidiū, si magna summa eis promitteretur, non dubitauit polliceri: quia aut victoribus ex spoliis hostilibus poterat dare, aut interfectis exoluebatur promissio.

Q. Maximus transfugere ad hostes volentem Statilium nobilem clarę operę equitem, vocari ad se iussit: eique excusauit, quod inuidia commilitonum, virtutes illius ad id tempus ignorasset. Tum donato ei equo, pecuniā insuper largitus, obtinuit vt quem ex conscientia trepidū accersierat, lætū dimitteret, & ex dubio in reliquum non minus fidentem quā fortem haberet equitem.

Philippus, cum audisset Pythiam quendam bonum pugnatorem, alienatum sibi, quod tres filias inops vix aleret, nec à rege adiuuaretur, monentibus quibusdam vti eum caueret, Quid si, inquit, partem egram corporis haberem, abscinderem potius quam curarem? deinde familiariter secreto elicitum Pythiam, accepta difficultate necessitatum domesticarum, pecunia instruxit: ac meliorem fidioremque habuit, quā habuerat antequā offenderet.

Quin. Scru-  
torius,

T. Quintus Crispinus, post infaustam aduersus Pœnos dimicationem, qua collegam Marcellum amiserat, cum cōperisset potitū annulo interfecti Hannibalem, literas circa municipia totius Italię dimisit, ne crederent epistolis, si quę Marcelli annulo obfignatę perferrentur: monitione consecutus vt Salapia & alię vrbes frustra Hannibalis dolis tentarentur.

Post Cannensem cladem, percussis ita Romanorum animis, vt pars magna reliquiarum nobilissimis autoribus deserendę Italię iniret cōsiliū, Publius Scipio adolescens admodum, impetu factō, in eo ipso, in quo talia agitabātur cœtu, pronunciauit, manu se sua interfecturū, nisi qui iurasset non esse sibi mentem destituendę reipublicę: cunq̄ ipse se primus religione tali obligasset, stricto gladio mortem vni ex proximis minatus, nisi acciperet sacramentū: illum metu, cæteros etiam exemplo coëgit ad iurandum.

Volscorum castra cum propè à virgultis syluęque posita essent, Camillus ea omnia, quę conceptum ignem, vsque in vallum perferre poterant, incēdit, & sic aduersarios exiit castris.

Publius Crassus bello sociali eodem modo propè cum copiis omnibus interceptus est.

Quintus Metellus in Hispania castra moturus, cum in agmine milites continerent se in castra, Hermocrates detentos eos, postero die habilioribus iam suis tradidit, bellumque confecit.

Milciades cū ingētem Persarum multitudinem apud Marathonem fudisset, Athenienses circa gratulationem morātes cōpulit vt festinarent ad opē vrbi ferendam, quam classis Persarum petebat, cūque præcurrisset impleissetque mœnia armatis, Persę rati ingentem esse numerum Atheniēsium, & alio milite apud Marathonem pugnatum, alium pro muris suis opponi, circum-

tis ex

etis extemplò nauibus Afiam repetierunt.

Pisistratus Atheniensis, cùm excepisset Megarésium classem, qua illi ad Eleusin noctu applicuerant, vt operatas Cereris sacro fœminas Atheniensium raperét: magnaq; ædita cæde eorum vltus esset suos, eadem quæ ceperat nauigia Atheniensi milite compleuit, quibusdam matronis habitu captiuarum in cõspectu locatis: qua facie decepti Megarenses, tanquàm suis & cum successu renauigantibus effusi obuui, inermesque, rursus oppressi sunt.

Conon dux Atheniensium, victa classe Persarum apud insulam Cypron, milites suos captiuis armis induit, & iisdem barbarorum nauibus ad hostem nauigauit in Pamphiliam apud flumen Eurymedonta. Persæ quia & nauigia & habitum superstantium agnoscerent, nil cauerunt: subito itaq; oppressi, eodẽ die, & nauali & pedestri prælio victi sunt.

Finis.

X ii

## AELIANI DE INSTRV-

ENDIS ACIEBVS OPVS AD DIVVM HA-  
drianum, à Theodoro Theſſaloniceſe latinum factum, &  
Antonio Panormitæ Alphonſi regis præce-  
ptori dicatum.

## P R A E F A T I O.



Cientiam Græcis acierum instruendarum solitam, diue Hadriane, quam ab Homeri vsq; temporibus sumpsisse initium certum est, literis complures mādauerūt autores superiores, qui parū eam quā nos habere in rebus mathematicis credimur, disciplinam tenuere. Quam ob rem, pace omnium dixerim, ita persuasus, de hac eadem tractare sciētia volui, vt posteros nostra potiūs quā illorum antiquorū præcepta lecturos confiderem: tamen quòd Romanā huiuscemodi rei facultatem ac peritiam, vt verum fatear, ignorarē, diu dubitavi an rem repetere in vsūq; reuocare deberem, iam lapsam, desitam, & forsan minimè propterea vtilē, ob eam doctrinā quam tui Romani inuenere: sed cū ad diuum Neruam patrem tuum salutandi visendiq; gratia Formias venissem, diēsque nonnullos apud Frōtinum virū consularem insignem, & rei militaris peritum, diuerterem, intellexi sanè nō minus studii ab eo ipso græcè impendi quā Romanè scientiæ militari, atque ita negligendū: prætereā quòd de acierum instructione more Græcorū docere nō censui, ratus scilicet nūquam apud Frōtinū posse id studiū seruari, nisi haud deterius eo genere ordinandi, quod Romani exercēt, haberetur. Formā igitur operis quam notaueram quidem aliquando literis, sed nūquā edere ausus sū, propter tuam summam peritiam & virtutem, qua facile omnes qui copiis vnquam imperauerint antecellis, modò perficiendam expoliēdāq; repeti ea cum diligentia, vt præ omnibus veterum autorū Græcorum operibus posset meo iudicio comprobari. Nam dilucidè quidem ordinateq; expositionis ratione futurum ita affirmauerim, vt qui opus hoc legant, lōgè & plenius possint doceri & faciliūs, quā ex iis quæ antiquiores reliquerunt: sed quanquam hoc ita est, tamē nō sine pudore summaq; retractione mittere opus militare ad te poteram, tam multorum magnorumq; bellorum magistrum atq; Imperatorē: haud enim fieri potest quin hæc tenuiora videātur, si cum tuis cōferri volueris. At si vt peregrinam sciētiam & rationum elegantiusculam quandam legeris commentationem, credo nonnihil capies delectationis, præsertim si in his vel Alexandri Macedonis ingenium ac studium militare contempleris. Summas autem & veluti capita eorum quæ explicantur præposui omnium, vt quando per tuas occupationes minūs plura legere liceat, paucis quæ liber cōtinet intelligere posses & quæ placuerit legere, facilè sine vlla iactura temporis inuenires.

Primus



Rimus omnium quos nouerimus poëta Homerus acierum instruendarum scientiam tenuisse, ac homines ea præditos facultate probasse laudauisseque videtur. Quale illud de Menestheo carmen legimus, Nulla quidem huic similem mortalem protulit ætas: Ordine qui Martis turmas equitèmq; locaret. Et quidem de Homericâ disciplina armorum legimus opera Stratoclis, Hermiæ, & Frontini nostræ ætatis viri consularis: sed latius Aeneas genus id instruendi exposuit, qui de tota quoque re militari satis operum edidit, quæ Cyneam Thessalum redegisse in breuitatem cõstat. Pyrrhus etiam Epirota quemadmodum copiæ instrui deberent, scripsit: & Alexander eius filius, Clearchus, itèmq; Pausanias, Euangelus & Polybius Megalopolitanus, vir in vario literarum studio delectatus, & Scipionis familiaris. Ad hæc Eupolemus atque Iphicrates, Posidonius Stoicus etiam artem instruendarum acierum scripsere, pluresque alij, aut prima quædam imbuendi erudimenta edidit, vt Bryon, aut pleniores tractatus, quos Topicos à denotatione locorũ inscripserunt. Verum enumerare omnes qui aliquid de re militari scriptũ reliquerunt, longum & superuacuum est: omnium tamẽ opera legi, & quid de iis iudicẽ dicam: omnes fere ita mihi vnanimiter scripsisse, quasi docere homines vellent non ignaros, sed satis earum rerum peritos, quas explicare statuerent. Quod igitur nobis incommodum, cum primum rei huiusmodi disciplinã affectaremus, occurrebat, vt neque præceptores nostræ ætatis idoneos haberemus, neque satisfacere posse veterum illa præcepta putaremus, id pro viribus enitemur, ne aliis eueniat committamus: quamobrem quoties minus sententiam nostram verbis satis exprimere possumus, adiumento vtimur figurarum descriptionis: vt ipse conspectus visu intelligentiæ subueniat. Nusquam tamẽ antiquorum autorum vocabulis vti omittam, vt qui primus his nostris eruditæ imbuatur, nihil postea peregrinum sibi sonare arbitretur, cum illorum opera audiet. Credo autem neminem fore, qui nostra hac via & ratione institutus, nõ facile veterum quoque omnia possit opera intelligere. Vtilem omnium maxime disciplinam hæc esse intelligi ex iis licet, quæ Plato philosophus in eo opere quod edidit de legibus, differit. Cretensum enim legumlatorem ita leges condidisse affirmat, tanquam homines semper parati essent ad bellum, atque in procinctu dimicandi consisterent: omnibus namque inter se vrbibus bellũ geri, quod nõ aliquo præcone aut feciali, sed ab ipsa rerum natura indiceretur. Quod cum ita sit, quænam alia esse potest disciplina vel potior, vel humanæ vitæ commodior quam hæc rei militaris? Initium verò sumendum ab iis censeo quæ absolutè ad bellum atque perfectè apparantur, quarum duplices esse copias nouimus: Aut terrestres enim aut nauales. Terrestres quæ terra prælietur, Nauales quæ mari aut fluuiis classe decertent. Sed de instructione naualis ordinis alias, nunc quæ ad terrestrem pertinent expeditionem exponemus. Hominum igitur quos ad bellum colligimus numerus ita constat, vt partim bellatores sint, partim imbelles, tantum ad vsus necessarios bellatorum & ministeria accommodati. Bellatores ij sunt qui ad decertandũ instruuntur, armisque

aduersarium inuadunt. Imbelles reliqui omnes habentur, vt medici, vt tabernarij, vt ferui, & cæteri qui exercitum ministerij causa sequuntur. Bellatorum alij pedites, alij vectores. Pedites qui pedibus in terra enituntur: Vectores qui aliquo ferantur vehiculo: quorum duplex est genus. Nam alij equis, alij elephantis vehuntur: quinetiam qui equo vtuntur, seorsum in duas partes distinguuntur: quippe qui aut in curribus constant, aut equis ipsis insideant: hæ sunt vniuersi generis differentia. Membrum pedestre atque equestre multiplex est: quod verò in elephantis & curribus versari pposui, nulla euariat differentia. Pedestris itaque ordo in partes digeritur tres, Armatos, Velites, Peltatos. Armati grauius armati grauius inter pedites armis vti consueuerunt more Macedonum, & ob eam rem grauis armaturæ dicuntur, ac nomen illud Armati speciale accipiunt. Nã scutum amplius & rotundum gerunt, & hastam longiorem. Velites leuissime omnium armantur, quocirca vel expeditos nuncupari eosdem licuit: non loriam induunt, non ocrea muniuntur, non clypeum aut scutum graue gerere soliti sunt: sed telis tantum vtuntur aut sagittis, iaculis, lapide aut ex funda, aut ex manu: quo in genere Argili telum ponendum est. Peltatis similis Macedonica illi armatura in vsu est, sed leuior. Nam & pelta scutum paruum leuè que est, & conti eorum lōge sarissis sunt breuiiores: denique genus id armaturæ locum inter velites & armatos tenere apertum est, videlicet grauius quàm velites, leuius quàm armati: quamobrem sunt complures qui eos cum velitibus iungant, & vtrosque vocare velint leuem armaturam. Equestres copiae quæ à quadrigis sciungi & per turmas locari debent, modo armandi inter se distant. Pars enim armis tota obsepta est, & hinc cataphracti nomen sortita est, pars nō tota armis integitur. Cataphractos igitur intelligi eos volo, qui nō solū sua corpora, sed etiam equos lorica vndique muniunt. Partis autem nō cataphractæ, alij hastati habentur, alij ferentarij. Hastati qui manus conferunt, & cominus hasta decertant, quorum alij scutum gerunt, & inde scutati dicuntur. Alij sine scuto hasta impugnant, qui nomine speciali Hastati vocantur, & contati. Ferentarij equites ij dicuntur, qui eminus solent dimicare: quorum alij iaculis, alij arcu vtuntur. Iaculantur quos Tarentinos vocamus. Arcu vtuntur qui equites sagittarij, & à nonnullis Scythæ etiam vocantur. Tarentinorum duo sunt genera, nã alij lōgius iaculātur, & ob eã rem equites iaculatores dicuntur, & Tarentini speciali vocabulo. Alij cū semel aut bis iaculum miserint, quo leuiori vtuntur, manus de cætero cū aduersario conferunt, & cominus pugnare incipiunt, nō secus quàm quos hastatos appellari retulimus. Leues hos nominari solitum est. Ergo Tarentinorum alij, Tarentini nomine suo vocantur, qui de longè iaculari consueuerunt: alij leues, qui pugnã cominus subeunt. Expo- sui genera copiarum numero ix, armatos, peltatos, velites, equites hastatos, equites iaculatores, equites sagittarios, equites cataphractos, currus, elephãtos: sed cum phalanx quæque, collegia, præfecturas, ordines, numerumque idoneum contineat, atque etiam verba sortiatur, quæ tum ad præcepta quotidiani exercitij, tum ad prælium ipsum accommodetur, de his singulis doceamus necesse est. Primum igitur in hac disciplina & præcipuum est, vt ex multitudine hominum



minum quam fusam inordinatamque acceperimus, idoneos eligamus, & locis conuenientibus instruamus, hoc est, decuriemus, & condecuriemus, atque vt numerum statuamus copiarum, qui modicè commodèque ad belli ratione & vsum suppeditet, quippe cum & in itinere, & in castris, & in preliis ipsis instructum haberi exercitum sit perquam vtile. Iam sæpius magnas copias inordinatas à paucis ordinatis militibus profligatas legimus: quamobrem Aeneas ita genus id disciplinæ definit, vt sciētia sit bellicæ motionis. Polybius verò sciētiam esse inquit, qua homines militari ordini admittantur, decurientur, cōdecurientur, denique aptentur & erudiantur ad belli vsum & ratione. Decuriare igitur est decurias instituere. Est autem decuria numerus hominū, qui à duce vno positione simplici subinde deductus serie, cesset vel in octauū vel in duodecimū vel in decimum sextū. Numerus enim decurię variè ad hunc modum à diuersis autoribus datur. Verum in re nobis proposita sexdecim describatur: cum hic numerus, tum ad phalāgis lōgitudinē modice habeat, tum, si vsum aliquādo exigat altitudinē, vel duplicari in xxxij. vt augeatur, vel dimidiari, vt in viij. diminuatur, nihil postpositis expeditis militibus esse possit impedimento. Nam siue iaculētur siue funda aut arcu vtantur, facile suo iactu altitudinē phalāgis exuperēt. Optimus cuiusq; decurię præponi & ductor cæterorum omniū esse debet, qui & decurio, & decanus, & dux, & primus, & præstes nūcupatur. Vltimum decurię tergiductore vocamus. Totā verò ipsam decuriā, ordinem, versum & decaniā, nonnulli etiam enomotiam, quasi auctorationem à sacramento militari appellant. Sed sunt qui enomotiam, quartam esse decurię partem asserant, præfectūque enomotarcham præponant. Duas item enomotias dimœriam, quasi bipartitam vocant, & principem Dimœritam, ita vt semidecuriam dimœriam quoque liceat vocitari, & semidecurionem Dimœritam, qui secūdus decurię est: nam qui proxime decurionem postponitur, substes dicitur, qui vero hunc sequitur, præstes. Item substes qui proximus ab hoc præstite est, ac deinceps in hunc modū præstes substesque locatur, vt ordo totus ex præstitibus & substitibus positus alternatim cōficiatur. Vnde merito decuriam ita quoque definiunt, vt versus sit ex primis secūdisque pro virtute institutis, atque vni decurioni obtemperantibus. Condecuriare, est primæ decurię secundam ita apponere, vt lateri primi versus decurionis, decurio secundi versus respondeat, & lateri substitis primi decurionis, substes primus secundæ decurię, ac deinceps ad hūc modum. Astes verò is dicitur qui ita appositus viget, verbi gratia, decurionis primæ decurię astes, decurio secūde decurię est, & substitis primæ, substes secundæ, itaq; deinceps: quoties igitur post secundam decuriam tertia & quarta & reliquæ deinceps adiiciuntur, talis cōstructio cōdecuriatio dicitur, totāque coagmētatio phalāx, siue legio. Cuius longitudo prima decurionum ordinatio est, quæ & frons, & facies, & acies, & iugum, & os, & duces, & præstites, & primi decuriarum vocari solita est. Quantū verò phalangis ponē frontem ad tergi vsque ductores porrigitur, id altitudo nominatur. Stare per directum in longum astites, iugare dicitur. Stare per directum in latum præstites substitesque, versare vocabulum accipit. Phalanx seorsum  
in

Decuria.

Phalanx.

in primas summásque partes duas à fronte per totam sui altitudinem secatur, quarum altera cornu dextrum & caput vocatur, altera cornu leuum & pes dicitur: † qua autem longitudo ita secatur, oris & vmbilici nomine vtimur.


*id est, se-  
ctura ipsa  
dimetiens*

**P**ost armatorū phalāgem ponè leuis locatur armatura. Equites verò ab hac loco tertio statuuntur: fieri tamē potest, vt vsus vel secus dipsoni interdū exigat, quod in progressū operis explicabimus. Nunc quantus armatorum atque equitū numerus esse debeat, & quēadmodū singulos oporteat ordinari, & ordines magna cū celeritate trāsformari necessitate incūbente cōueniat, & quēnam disciplina mouēdi de singulis ordinibus habeatur, exponemus. Numerū statuere certū copiarū nulla probabili ratione possumus. Prout enim rem suā quisq; plus minusue apparatus desiderare intelligit, ita modū describet. Sciendum tamen eos numeros deligi oportere, qui ad ordinū transformationē possint occurrere habiliores, hoc est, quoties phalāgis longitudinē augere, altitudinē diminuerē, aut econtrariò agere voluerimus: quāobrem genus numeri illud probamus, quod subinde in partes æquas vsque in vnitatem possit diuidi: vnde autores qui de acierū instructione scripsere, magna ex parte phalangem grauis armaturæ numero xvj. mil. ccclxxxiiij. institui censent oportere. Leuis armaturæ subduplo eius numeri, itémque huius subduplo equitū phalangem describūt. Nam xvj. mil. ccclxxxiiij. numerus dimidiari subinde vsque in vnitatem potest. Formæ igitur descriptionisq; gratia hunc ponimus numerum. Vnde fit, vt quoniā decuriā xvj. hominibus constare proposuerimus, M xxiiij. decurias cōfici necesse sit. Decuriæ in ordines digerūtur, quib⁹ singulis vel nomen proprium inditū est: duę nāque decurię dilochiā, velut duplarē quandam decuriā siue armaturā constituunt, hominū xxxij, cuius ordinis princeps dilochita duplaris quidā decurio nuncupatur. Quatuor decuriæ tetrarchiā, quadruplarem dixerim decuriā faciunt, hominū lxxiiij, cui præest tetrarcha, quadruplaris decurio. Duæ quadruplares illę centuriā constituūt, hominū cxxviij. decuriarū viij. cuius præfectus, Centurio, & à nōnullis ordinarius dicitur. Duæ centurię manipulum reddunt, decuriarum xvj. hominum cclvj. cui manipularius præest. Sunt qui genus hoc ordinis cclvj. Xenagiam à mercenario milite vocent, eiúsque principem Xenagum. In hisce singulis cclvj. hominum manipulis homines superordinarij v. habentur: Signifer, Tubicen, Minister, Præco, Tergidux. Quadrā habere hunc ordinem formā certū est, longitudine ad xvj. altitudinēque ad totidē. Duo manipuli pētacosiararchiam, cohortem quingentariam componunt, hominū D. xij. centuriarum xxxij. cuius princeps pētacosiararcha, Tribunus minor. Duę cohortes quingentariæ † mœrarchiā, id est, cohortem milliariam faciunt, hominum M. xxiiij. centuriarum lxxiiij. cuius præfectus † mœrarcha, Tribunus maior. Duæ millenariæ meros, hoc est, partem constituunt, hominum ij. mil. xlviij. cuius præfectum mœrarchā à parte, quasi Partarium dicimus, decuriarum cxxviij. Genus hoc ordinis nonnulli telos nuncupauerunt, præfectumque eius telarcham. Duæ partes phalangarchiam phalangem simplarem consummant, hominum iiij. mil. xcvi. decuriarum cclvj. cuius præfectus phalangarcha, princeps phalāgis simplaris dicitur: nonnulli

*Phalanx*

*Chiliar-  
chiam.  
Chiliar-  
chos.*

nulli strategiá, id est, præturá húc ordiné vocát: & Strategú, id est, prætoré eius principé nominát. Duæ simplares phaláges duplaré phalangé reddút hominú viii mil. cxcii, decuriarú d xii. Sút q ordiné húc meros, id est, parté appellari velint, quod modò cornu & alá diximus nominari. Duę duplares phaláges quadruplaré phalangé coagmētát, decuriarú m. xxiiii. hominú xvi m. ccclxxxii. Sút itaq; in tota phaláge siue legione cornua duo, phaláges simplares quatuor, partes octo, cohortes miliarie xvi, quingétariae xxxii, manipuli lxiiii. Céturie cxxviii. Céturiae quadruplares cclvi. Decurie duplares d xii. Decurie M xxiiii. Optimus quisq; præfectorú phalangum simplariú in prima simplari, hoc est, in dextro cornu statuit: secúdu virtute, in secúda, hoc est, i læuo cornu locat: tertius cū secunda in læuá ponitur mediá versus secturam: quartus cum prima in dextrá, hic etiá mediá versus secturá. Quòd cū prima & quarta præfectos habeát, primú virtute & quartú, secúda auté & tertia secúdu virtute & tertiu, pares utiq; virtute suorum principú cóstant. Nam si in quatuor magnitudinibus insunt proportionés equales, quod à prima & quarta proueniat, magnitudine id ei esse æquale quod fit à secúda & tertia, apertú in disciplinis mathematicis est.



Prima igitur & quarta secundam & tertiam æquiparát: partium quoque præfecti ita ordinantur, vt primus virtute in læuo primæ phalágis simplaris statuat. Secundus in dextero secundæ. Tertius in læuo tertiæ. Quartus in dextro quartæ. In singulis etiam decuriis quadruplaribus decuriones ita locantur, vt primæ decuriæ princeps virtute excellat, quartæ secundum virtutis locum obtineat, tertiæ tertium, secundæ quartum: ita enim virtute pares intra se cóstent. cū prima primum & quartum uirtute habeat, secunda autem secundum virtute & tertiu. Ité cū in singulis manipulis quatuor decimæ duplares cótineantur, hac eadé ratione vel in his ipsis principes ordinemus, vt primæ quadruplaris præfectus in dextro ponatur, & virtute cæteris sit præstátior. Quartæ læuú teneat cornu, & virtute secúdu habeatur. Tertie in dextro cóstituatur, & virtute sit tertius. Secúda in læuo locetur, quartus virtutis ratione. Hanc eandem proportionem siue comparationem vel in maioribus præfecturis seruabimus.

Phalanx i, armati, præf. i.	Præf. iij, armati, ph. iij.	Ph. iij, armati, præf. iij.	Præf. ij, armati, Phalanx. ij.
Cornu læuam.	Sectura læua.	S & vmbilicus & media sectura.	Sectura dextra.
ddddd	ddddd	Odddd	ddddd
ddddd	ddddd	s & dddd	ddddd
ddddd	ddddd	ddddd	ddddd
ddddd	ddddd	ddddd	ddddd

Velites.

oooooooooooo

oooooooooooo

oooooooooooo

oooooooooooo

oooooooooooo

oooooooooooo

oooooooooooo

oooooooooooo

Equites.

yyyyyyyyyyyy

yyyyyyyyyyyy

yyyyyyyyyyyy

yyyyyyyyyyyy

**N**Vnc de interuallis quibus armati inter se distent tū in longum tū in altū, agemus. Differentia triplex est interualli. Nam homo ordinatus cubita quatuor occupat. Densatus duo. Cōstipatus vnum. Densatio igitur est cum ex laxioribus arctiora reddimus interualla: atque ita per astitem substitemq; corpus phalangis colligimus, & militem vniuersum facimus tum in longum tum in latum adductiorem, verūm ita vt recipere possit immutationem. Cōstipatio est quoties phalanx per astitem ac substitem arctiūs sese colligit, quam modò densari retulimus, adeò vt ob frequentiam militis nulla vel dextrorsus vel sinistrorsus possit fieri declinatio. Densatur, cūm phalangem duci in hostes placet imperatori. Constipatur, cūm hosti aggredienti resistēdum in robore est. Cūm itaque frontē phalangis decuriones M xxiii compleant, ii certè ordinati, cubita iiii mil. xcvi lōgitudinis occupabunt, hoc est, stadia, x & cubita xcvi. Dēsati stadia quinque, cubita xlviii. Constipati stadia occupabunt ii, & semis, & cubita xxiiii. Armabitur phalanx scuto & hasta. Scutum optimum quod Macedonicum, æneum, mediocriter cauum, ad octo dodratum magnitudinē. Hasta nulla cubitis octo breuior, lōgissima, quæ eatenus sumi potest, quatenus tenere miles & vti facilè valeat. Decuriones vtpote duces decuriarum phalangis, optimos esse omnino cōuenit, ita vt & statura & viribus corporis præstantiores cæteris sint, & rei militaris peritiores. Hoc enim iugum phalangem continet vniuersam, & in vsu præcipuum est. Vt enim gladius pondere sui ferri posterioris & mole, aciem efficaciorē præstat, idem in phalange existimandum esse, vt pro acie ac oris cuiusdā robore ipse sit ordo decurionū. Ponderus autē & molē & magnitudinis additamentum afferat constituta in tergo militum multitudo. Curandum quoad fieri potest, vt etiam iugum secūdum milite constet idoneo. Nam eius quoque ordinis ista in frontem prominet, & adiūcta priori utilis ex propinquo est, & vel desiderato vel sauciato decurione, secūdus se in parte priore

re constituēs, ordinis incolumitatem seruabit. Tertium item iugum & quartū & reliqua deinceps pro virtute instituemus, vt qui deterior sit, iis subinde posterior collocetur. Macedonica phalanx inexpugnabilis & intolerāda hostibus habita est genere suo instructionis & ordinis. Miles enim armatus vel in duobus cubitis stat quoties densari imminens prælium postulat. Sarissę longitudo ad cubita xiiij, quorum duo manus auferunt, reliqua xij prominent. Itaque fit vt secundi suas sarissas super armatos iugi prioris prominentes, ad decē cubita habeāt: tertij ad octo, quarti ad sex, quinti ad quatuor, sexti ad duo. Ab his nulla item sarissa primum superat iugū. Quod cum per singulos iugi primi sarissæ quinque aut sex promineant, species formidolosa existat, consentaneū est. Miles item firmus ac robustus cōstat quinque sexque sarissis obseptus, & tot tantisque fultus innixisque facultatibus commilitonum. Quinetiam qui post sextum positi sint iugum, & si minus sarissis agunt, tamen pōdere sui corporis prominentes, augent vires totius phalangis & facultatē, nec fugiendi vllam ducibus & præstitibus relinquunt occasionem, nonnulli hastam posterioris militis longiorem quàm prioris sumi idcirco voluerunt, vt etiā qui in tertio & quarto iugo locati essent, spiculis suis pari fronte hostem possent excipere. Tergidux superordinarius singulorum ordinū prudens peritūque esse debet, qui prouideat & procuret quēadmodū milites ordinis totius versent inter sese atque iugent: & recedentes vel metu, vel aliqua alia causa, prohibeat, & restitui cogat in ordinē: atque etiā cum constipandū sit, cōpellat militē, cogātque, si vsus exigit, in arctū quàm maxime adduci. Ita enim fit, vt vires & robur phalanx accipiat. Quas ob res non modo in fronte, verū etiam in tergo legionis principem & ducem aliquem statui, necessarium ducimus. Hæc de decuriatione armatorum phalangis dixisse sufficiat. Nunc de velite. Instruet imperator suum velitem pro paratu ex consilio hostiū, modo in fronte, modo in dextra, modo in leua, nonnunquā etiam in tergo, videlicet quemadmodum res vsusque exigit. Nos exempli gratia sic instruimus.

**D**Ecurias quoque in ordine velitū statuemus M. xxiiij, videlicet totidē quot phalāx continet armatorū: vt sub prima armatorū decuria, prima velitū ordinetur, & sub secundā secunda, & deinceps sub singulis singule cōstituantur, non tamen ex xvj hominibus has instituemus, sed ex viij, ita vt M. xxiiij decuriæ cōpleant hominū viij mil. cxcij. Nomina eorū & ordines ita accipe. Quatuor decurias velitū systasin, id est, cōstitutionē vocamus, hominū xxxii. Duas cōstitutiones pentecontarchiā, semicenturiam dixerim, hominū. lxiiii. Duas semicenturias, centuriā: hominū cxxxviii. Inesse singulis centuriis debēt superordinarij quinque, Signifer, Tergidux, Tubicen, Minister, Præco. Duas centurias psilagiā à ducētis velitibus, quasi velitariā, vel expeditariā nominamus, hominū ccxlvj. Duas velitarias xenagiam à mercenario milite, velut mercenariam dicimus, hominum D xii. Duas mercenarias systema, tanquam constitutoriam appellamus, hominum M xxiiii. Duas constitutorias epixenagiam ceu admercenariam, hominum ii. mil. xlviij. Duas admercenarias stiphos, hominum iii. mil. xcvi. Duo stiphœ epitagma, velut additam legionem, decu-

Macedonica phalāx. Sarissæ Macedonica.

Tergidux superordinarius.

superordinarij.

decuriarum M. xxiiij. hominum viij. mil. cxcij. In his quoque superordinarios viij. inesse solitum est, quorum iiij. Epixenagi, hoc est, duces siue principes ad mercenariæ illius habentur, reliqui Systematarchæ præficiunt principes seu præfecti eius quam constitutoriam interpretamur. Iaculatores sagittarij, & omnes qui aliquo teli genere vtantur, vtilis ad eam rem esse constat, vt prælium exordiantur, hostem prouocent, feriant, saucient eminus, & prosternant: fundant aciem, repellant equitem, cogant aduersarium procurfantem loco cedere, explorent, perlustrent quæ loca suspecta, locent insidias: hi denique & primum certamen subeunt, & vnà cum cæteris pugnant: & quâquam cæteri defierunt, ipsi perseuerant in dimicatione: omnino genus hoc militum cum operam præstet celeriore agatque eminus, multa efficere potest & præclara.

De Acie Equestri.

**E**quitum acies autores superiores, aut quadratas, aut parte altera longiores, aut Rhombi cuneivè gerentes speciem, tradidere. Sed nemo suam ferè satis expressit sententiam. Quamobrem nos descriptione etiam figurarum, formas explicabimus acierum ipsas, quò possint facilius percipi. Aciebus ad Rhombi similitudinem formatis Thessalos primos vsos cõperimus, qui plurimum equitatu valuerunt, Iasone (vt ferunt) autore generis huius aciei, vtpote ad omnes vsus accomodatioris: equites enim cõstituti in hac forma vertere sese in quemuis prospectum possunt, minimèq; vel à tergo vel à latere capiuntur. Quippe cum præstantiores, Rhombi latera teneant. & principes, angulos regant. Stat enim in priore angulo turmæ ipsius præfectus, in dextro autem & sinistro, qui custodes vocantur lateris, statuuntur. In reliquo verò angulo ducem seu ductorem tergi locari solitum est.

Rhombus.



**C**Vneatis Scythæ vtuntur & Thraces. Quinetiam Macædones vsi sunt suadente rege Philippo. Efficacius enim genus id arbitratum est, quàm quadratum: ob eam scilicet rem, quòd suos principes circumpositos habeat, & fronte

fronte exigua constet, & equitandi vsus per quodlibet interuallum facilem præbeat regressum & progressum celeriore. Quippe quod minus difficiles illos circuitus habeat, quos quadratæ acies sortiuntur. Quadratis aciebus Persæ & Siculi ac plerique Græcorum vsi sunt, existimantes & ad compositionem & ad equitantium coitionem accommodatius: & omnino hoc disciplinæ genus seruare multis in rebus præstantius. Nam & instructio, quoniam per versus ac iuga ordinetur, occurrit facilior, & principes in hoc vno formandi genere hostem vniuersi aggrediuntur.

Phalanx

Curuata.

y  
 y y y  
 y y y y y  
 y y y y y y y  
 y y y y y y y y  
 y y y y y y y y y  
 y y y y y y y y y y  
 y y y y y y y y y y

**O** Primæ inter quadratas habentur quæ duplici, tam in longum quàm in altum, numero constent. Exempli gratia, viij. in longum, quatuor in altum, aut x. in longum, v. in altum, quæ numero parte altera longiores consistunt: figura autem seu forma quadræ instituuntur. Etenim longitudo equi à capite ad caudam respectu suæ latitudinis plures eos habere debet qui per iuga ordinentur, quàm eos qui in versus se porrigant. Nonnulli triplicem esse longitudinis numerum ad altitudinis probant, scilicet ita arbitantes fore, vt quadrata forma efficiatur. Triplicem enim propemodum longitudinem habere ad suorum armorum latitudinem videmus. Quapropter cum nouem in fronte statuunt, tres in latum componunt. Haud enim fieri potest, vt equitum multitudo posteriorem eandem præstet vtilitatem, quam in pedestribus copiis, vbi scilicet ponè renitentes, primorè continent altitudinem. Equitum nãque omnium numerus, corpus pondúsque vnum consistit. Itaque fit vt si posteriores prioribus iuncti renitentur, nihil suo impulsu proficiant. Immo vnà cum aliis labantur, & perturbatis ordinibus grauius suo errore quàm virtute hostium versentur necesse sit. Quamobrem ita euenit, vt quoties equestris longitudinis numerus æque & altitudinis constet, numerus ipse quadratus sit. Forma autem altitudinis parte altera longior. Ast quoties turmæ forma quadrata est, è contrario euenit, vt equitum numerus parte altera longior existat.

Quadrata  
acies.


Y

Phalanx Quadrata.



**R**ombi formam omnium maximè necessariam venisse in vsum creditur, eo quòd præ cæteris omnibus constituto præfecto turmæ, equites qui in lateribus ordinantur, non equo suo illi præfecto iugent, sed ita subiiciantur, vt eorum capita iuxta armos equi præfecti apponantur. Interuallisque inter sese iustis equites tum dextri, tum leui, tum etiam posteriores discernantur, ne frequentia turbet ordinem, cum equi immitiores in proximos sibi equos conuerfi calcitrent, & militibus vulnera infligant. Autores autem huius generis aut ita disponunt, vt equites & versent & iugent: aut ita vt versent quidem, sed non iugent: aut ita vt iugent, sed non versent. Quæ singula quemadmodum se habeant dicã. Qui Rhombos simul & versare & iugare voluerunt, mediũ & maximum iugum turmæ, numero impari statuũt: vt xi. aut xij. aut xv. cui ex parte vtraque, priore, inquam, posterioréque adiungunt binario primis illis pauciores: verbi gratia, si maximum illud iugum equitibus constet xv. addita iuga vtrinque denis aut ternis componunt, & quæ item post hæc vtrinque adiungunt, denis singulisque conficiunt, atque ita binario subinde pauciores adii-  
ciunt, dum singuli relinquuntur, totaque turma equitibus consumetur cxij.

Rhombus qui versat & iugat.



**R**ombum dimidiatũ & iam transformatum in triquetrum, cuneum seu rostrum vocamus. Quapropter cunei quoque forma perinde explicata iam est: quod aciei genus cum suum medium exiens in acutum habeat, & motum facillè quorsum velit fortiatur, expeditè admodum vel † molem posteriorem sua cum fronte circumagit, & celeriter potest immutari.

Cuneus

*laxitatem*



Cuneus qui versat &amp; iugat vel rostrum.



**A**lij ita instruxere, vt equites qui rhombum conficerent, neque versarent neque iugarent. Ita enim & conuersiones & transitiones equitum posse facilius fieri existimarūt, cum non ante, non pone, non à latere quicquam impediret. Statuunt primum præfectum turmæ, mox ad eius vtrunque latus adiungunt singulos loco submissiore, vt quod dictum iam est, capita iunctorum equorum iuxta armos præpositi equi ordinentur. Et primus ordo qui duo latera rhombi contineat numero impari, xj. equitibus constet, præfecto medio constituto, quinque autem in vtrâque partem suppositis. Deinde iugi principem post turmæ totius præfectum collocant. Tum in eius partem vtramque simili ratione quaternos subiiciunt, vt totus secūdi ordinis numerus nouenarius sit, binario minor priore: & quasi duo æquidistantia latera duobus illis rhombi lateribus primis constituentur.

*Rhombus qui neque versat neque iugat.*

Mox tertium septenario describunt, atque ita subinde binario diminuentes, in vnum vsque deueniunt. Et hæc turma equitibus constat xxxvj. Hoc genere Polybius vtitur, sed numero hominum lxxij. & forma literæ λ deorsum inuersæ υ.



**S**unt quæ ex versantibus quidem, sed nō præterea ex iugantibus constent, quæ ad hunc modum constituuntur. Versu aliquot equitibus instituto, quorum primus præfectus sit turmæ, vltimus autem tergi-ductor, in eius latus vtrumque versus alios numero hominum vnitatem minores disponens, qua eques per interiecta interualla distat ab equite. Quòd si in primo decem sint equites, vterque appositus nouenis cōstabit, & tertij octonis, atque ita numerus subinde decrescet, dum in vnum deueniat: sic enim fieri potest, vt equites inter se versent quidem, sed non iugent. Vtile genus quoque id disponendi est ad declinationes, quas agi in vtrumlibet latus solitum est.

Y ij Vocatur

Vocatur autem quæ ad dextram fit, in hastam declinatio: quæ autem ad læuam, in habenam.

Turma ex versantibus.


Præfectus.



Rhombus versans  
non iugans.

Tergiductor.

**A**T si turma ex iugantibus quidem, sed non ex versantibus consistere debeat, in hunc modum dispones, medium & maximum iugum numero constitues impari. Cætera autē subinde per media intervalla adiūges, quemadmodum in superiore turma proposui, atq; ita efficietur, vt turma ex iugantibus tantum consistat.



xcvj.

**T**urmas vario modo vt etiam leuem armaturam statuimus: aut enim ante phalangem, aut in latere, aut post leuem armaturam: sed nos describendi exempli gratia post leuem locauimus. Et prima equitibus constet lxiiij. cuius primum iugum equites compleant xv. secundum xiiij. tertium xj. & reliqua subinde binario vsque in vnum decrescant. Signum is feret qui in secundo iugo à læua principi iugi astat. Omnes turmæ numero lxiiij. statuentur, equites iiij. millia † cxvj. Duæ turmæ Epilarchiam, hoc est, turmam duplarem constituunt, equitum cxxviiij. Duæ duplares Tarentinam reddunt, equitum cclvj. Duæ Tarentinæ magisterium, equitum D xij. Duo magisteria Ehipparchiam duplare magisterium, equitum M xxiiij. Duplicatum duplare magisterium telos, equitum ij. mil. xlviij. Duplicatum telos epitagma, id est, summam ordinis siue agminis facit, equitum iiij. mil. xcvj. Explicatæ iam sunt variæ sententiæ veterum, quemadmodum turmæ instruuntur, sed quoniam in his magnam differentiam esse constat, non sine delectu vti debemus, sed quotidianis exercitiis sæpius experiri genera instruendi singula. Itaq; secure in præliis

preliis quod facilius commodiusque probetur, admittere officium est. Quid enim stultitius quam cum minimis de rebus homines diligenter inquirent, ambigant, perscrutentur, de his tam amplis, tam necessariis non ante periculum facere accuratissime velint, quam certamina subeant. Quod tamen genus turmae probaueris, id licet & augere numero hominum, & minuire.

**D**E curruum & elephantorum institutione quanquam usus eorum rarus est, tamen doctrinae gratia plenioris, exponam nomina, quibus autores superiores usos comperio. Duos currus zygarthiam, id est, parilem vocant. Duas pariles, coniugationem. Duas coniugationes, epifyzgarthiam, duplarem coniugationem. Duas duplares, harmatarthiam currulem. Duplicatam currulem, cornu. Duplicatum cornu, phalangem. Pluribus uti phalangibus curruum licet, vocabulis iisdem quae modo exposui. Curribus autem ipsis aut expeditis, aut falcatis usos comperimus. In ordine elephantorum qui vni praest elephanto, zoarchus ab animalis praefectura vocatus est: qui duobus imperat, Therarchus a fera, quasi ferarius, & constitutio talis Therarchia, feraria. Qui quatuor dominatur, epitherarchus, duplicaris ferarius: & haec constitutio epitherarchia, duplaris feraria. Qui octo praefectus est, ilarcha, hoc est, turmae princeps, & constitutio ista ilarchia, turmae praefectura. Qui sexdecim praest, elephantarcha, id est, elephantorum praefectus: & constitutio elephantarchia, praefectura elephantorum: qui triginta duobus imperat, ceratararcha, id est, cornu praefectus: & constitutio, ceratararchia, cornu praefectura. Quod autem ex lxiiij. constat, id phalangem vocamus elephantorum, cuius praefectus Elephantarcha vocatus est.

Phalangarcha.

**G**enera perfectarum copiarum, & nomina constitutionum & ordinum exercitus omnia in hunc modum notata animaduertimus, vocabula de cetero quae in praecipis versantur explicasse utile est: ut iam pridem milites quid quodque significet certiores, facile quae per aciem imperantur, intelligere possint & facere. Est quod declinatio appelletur, cuius duplex est genus: aut enim in hastam, aut in scutum. Immutationem item dicimus, & conuersionem, & reuersionem, & inflexionem. Ad haec versare, iugare, reddere in arrectum, euoluere, duplicare. Adde inductionem, dextram deductionem, leuam deductionem. Phalangem transuersam, phalagem arrectam, phalangem obliquam. Intercalationem, praepositionem, impositionem, suppositionem, postpositionem, appositionem. Quid quodlibet eorum significet breuiter exponam. Nec ignoro, non apud omnes autores praecipia eisdem esse nominibus tradita. Declinatio est motio militum singulorum cum vel in hastam, hoc est, dextrorsum sese conuertunt, vel in scutum, hoc est, sinistrorsum. Quod commode agitur, quoties hostes existunt a latere cornu, utique superandi aut aduersi itineris gratia, aut ob aliquem usum alium quemadmodum singulis in rebus ostendam. Duplicata autem declinatio partem versus eadem, ora militis in hostilem a tergo conatum transfert. Quae res Immutatio dicitur, & vel in hastam, vel in scutum fieri solita est.

Declinatio



Declinatio  
in scutum &  
in hastam.

- d d Prima statio ante declinationem.
- ♁ ♁ Prima declinatio.
- p p Secunda declinatio quæ & Immutatio dicitur.

**D**iscrimen duplex notatur immutationis: aut enim ab hostibus, aut in hostes immutantur. Quamobrem immutationem ita definiunt, vt prioris aspectus translatio sit in aspectum posteriorem, hoc est, tergi aut è contrario. Immutatio igitur ab hoste, bis in hastam milite declinate efficitur. In hostem autem, bis declinante in scutum fieri assolet. Conuersio est cum densatis copiis per astitem substitemque, totum phalangis corpus tanquam hominem vnum vel in hastam vertimus vel in scutum, ita vt circa primum decurionem velut centrum omnes circumagantur, atque ita locum priorem immutent, vt aspectum dextrum accipiant, singulis substitibus & astitibus loca seruatis, suo hoc modo.

Discrimen.

Prima statio aciei.




*Reuersio  
anastrophe  
inflexio  
απιστροφη  
μὲν.*

**R**euerfio est conuersionis restitutio in eundem locum, quem antè copiar densa instructione obtinebat, quàm conuersio fieret. Inflexio est militum ex duabus conuersionibus motio, ita vt locum accipiant posteriorem.



**D**eflexio est militum ex tribus conuersionibus motio, ita vt si ad hastam agantur, transeant in leuum aspectum: si ad scutum, in dextrum.



**V**ersare, est singulos sua in decuria è directo decurioni & tergiductori con-  
 stare æqua inter sese cōseruantes interualla. Iugare, est singulos sua in de-  
 curia è directo suo astiti stare, seruantes simili modo interualla. Iugant ergo  
 præfecto primæ decuriæ omnes decuriarum præfecti. Substiti verò primi præ-  
 fecti substitutes cæterorum omnium principum, ac deinceps ad hunc modum.  
 Reddere in arrectū, est militis ora ad primum aspectū restitutum. Verbi gra-  
 tia, si miles aduersus hostes constitutus imperetur declinare in hastam, deinde  
 præcipiatur in arrectum restitui, rursus in hostem conuerti, aduersumque sta-  
 re oportebit. Euolutionum duo sunt genera, alterum per decurias, alterū per  
 iuga. Vtrūque in tres digeritur species, Macedonicam, Laconicā, Choreum,  
 quæ & Persica & Cretenfis nominatur. Macedonica est, quæ primorem pha-  
 langis locum commutat, & frontem in tergū aspectūque posteriorē tradu-  
 cit. Laconica est, quæ locum phalangis posteriorem commutat: & pari ratio-  
 ne relicto primore aspectu, sumit posteriorem, tergūque efficit frōtem. Per-  
 sica illa quam & Cretensem & Choreum diximus nuncupari, locum eūdem  
 seruare phalangis, militibus singulis commutantibus sua loca, ita vt præfectus  
 decuriæ locū tergiductoris accipiat, & tergiductor vicem præstet decurionis,  
 fronsq; ex tergo aspectui posteriori reddatur. Euolutiones per iuga fieri solēt,  
 quoties cornua transferri ad intercisa siue secturas, & intercisa ad cornua me-  
 lius est, vt medię copiarū partes corroborētur: & aut dextrę per leuas, aut leuę  
 per dextras reddātur validiores. Qui ne per maiores exercitus partes faciāt e-  
 uolutiones, cauent, hoste propinquo, per minores ordines eas securius faciūt.  
 Quæadmodū autē euolui oporteat, dicā. Euolutio per versum, quæ nomen à  
 Macedone accipit, fieri solet, cū decurio locū immutat, & postpositi omnes  
 cōuersi de hasta sequūtur, interuallisq; iisdē seruatis, & cōsistūt per ordinem.  
 Genus Laconicū agitur, cū decurio immutatus de hasta vniuersam decuriā  
 trāsfert, & locū sibi parē alium accipit, & reliqui omnes sectātes recto se cōsti-  
 tuunt ordine & aptant, aut cū tergiductor immutatur. Primus autem substi-  
 tens conuersus de hasta ante tergiductorem se collocat, cæterique omnes se-  
 ctātes, alter sese præ altero ponit, donec præfectus decuriæ primus cōstituatur.

Versare.  
 Iugare.  
 Reddere in  
 arrectum.

Choreus

Choreus ita fit, vt decurio de hasta mutatus decuriam antecedit, & ceteri omnes sequantur, dum ipse præfectus locum tergiductoris accipiat, & tergiductor præfecti. Ita per decurias euolui solitum est. Quo eodem more per iuga quoque euoluimus, quoties per ordinem euoluendum sit, vt quilibet ordo aut locum seruans eundem euoluat, ac dextrorsum sinistrorsumve trāseat. Nihil enim secus quàm modò retulimus agi oportebit. Duplicandi duo sunt genera: Aut enim per iuga, aut per altum duplicamus. Vtrūque vel numero fit, vel loco. Numero duplicabitur longitudo, si quæ M. xxiiij. militibus constat, MM. xlviiij. reddatur, insertis ex substitib<sup>o</sup> altitudinis in militū interualla eodē quem lōgitudo occupat loco: quod facimus quoties densare longitudinē placet. At vbi restituere placuit, euoluere sua in loca iubem<sup>o</sup> eos quos inseruimus lōgitudini. Sed sunt qui genus hoc duplicādi improbēt, præsertim hoste propinquo, expeditasq; copias atque etiā equites cornibus iungi, itaq; speciē dari duplicationis siue duplicādi accessione censeāt. Duplicāda est lōgitudo, quoties aut superare cornu hostium volumus, aut ne nostrum superetur, cauemus. Altitudinē duplicare solemus, vel addita secunda decuria primæ, ita vt secūda præfectus ponē primæ præfectū proximus collocetur, secundus secundæ, quartus primæ constituatur, & tertius secūda, sextus primæ ordinetur: ac deinceps ad hunc modum, vt tota secunda decuria primæ inseratur, & quarta simili ratione in tertiam: & omnes numero pares decuriæ in impares, vel his eisdē decuriis paribus per euolutionem adiunctis tergo imparium. Aut igitur ita duplicāda est altitudo, aut numero eodem seruato, milites sese longius porrigēt, quatenus suę versum & spacium altitudinis duplicent: cū autem restitui oportuerit, aut interiectos adiūctosve tergo milites illos, in suas decurias reuocabimus, aut spacium coartabimus quæque interuallo auximus laxiore.

**T**Ransuersa est phalanx, quę longitudine multo productiore constat quàm altitudine. Arrecta est, quę per cornū progreditur, longē productiore altitudine constans quàm longitudine, omninoque plus longitudinis quàm altitudinis habeat: oblongum id consueuimus nominare. Arrectum verò è directo, quod plus altitudinis quàm longitudinis habeat: quocirca phalangem quoque interpretari licet his eisdem nominibus. Obliqua est, quę alterū cornu quod libuerit propinquum obiiciens hostibus, eoque decertans, alterum femotius teneat, manens aggrediendi opportunitatem. Intercalatio est, cū interuallis præpositi militis, inserimus per directum aliquos ex his, quos postponi placuerat. Præpositio est, cū vel ex vtraque parte aciei, vel ex altera tantum fronti proponimus aliquos ratione auxiliij. Impositio est, cum leuē armaturam interuallis alternatim phalangis totius inserimus. Postpositio seu subiectio est, cum leuem armaturam phalangi incuruæ postponimus, ita vt forma omnium copiarum portę triplicis speciem præferat.

**S**equitur vt quēadmodū ordines conuerti ex suo loco, suæq; instructioni restitui debent, doceamus. Cū itaq; ordines cōuerti in hastā assuescere volumus, præcipitur decuriā dextri extremi quiescere: ceteras omnes per singulas declinare in hastam, dextrorsumq; procedere, tum reddere in arrectū: de-  
inde

inde iuga posteriora colligere, atq; ita densato milite cōverti in hastam. Quo facto si restitui suū in locum placuerit, iubebimur immutari ad scutū, hoc est, quēque in locū vergere auersum, tum ordinem totū reuerti, hoc est, quemadmodum milite obdēsato cōuersus spectauit dextrorsum, ita totū trāsserri in locū vnde cōverti inceperat. Mox decuriones quiescāt, reliqui procedant per iuga. Deinde immutētur vt vergāt quorsū principio spectabāt, tū decuria dextri extremi quiescat. Hęc enim suū iam obtinet locū, reliquæ omnes ad scutū declinent, & procedētes restituātur. Ad postremū sursum præcipitur. Itaq; suum quisque recipit locū & seruat. At si cōvertere ordinē ad scutū velimus, præcipitur decuriā leui extremi quiescere: hęc enim suā iam habet positionem, reliquos omnes declinare in scutū, sinistrorsūq; procedere, tū reddere in arrectū. Deinde iuga posteriora colligere, mox ad scutū cōverti, vt iam actum sit quod voluerimus, hinc si restituere placet non secus q̄ illos in hastā conuersos restituemus: quippe qui rursus quēque in hastā immutari præcipiamus, deinde ordinē reuerti, mox decuriones quiescere, & reliquos omnes procedere per iuga, tū immutari, postmodū decuriā leui extremi quiescere, vt pote suū iam locum obtinentē: reliquas declinantes in hastā procedere, dum iusta recipiāt interualla: ad postremū reddere in arrectū, atque ita omnes suū locū recipient. Si autē inflectere ad hastā placuerit, duas simul conuersiones ordinis faciemus. Itaq; efficietur, vt decuriones à prospectu aduerso in auersum per ordinis immutationē transeāt. At cū restituere volumus, præcipitur itē ad hastā inflectere, hoc est, duas item cōuersiones ibidē ordinibus dare. Ita enim fit, vt eodē spectent decuriones, quorsum principio cōstituti spectabāt, antequam vlla inflexio fieret. Hęc cū fecerimus, decuriones quiescere præcipiemus, reliquos immutatos iuga relaxare posteriora, tū rursus mutari, & ordinis postremā decuriam dextrā quiescere. Iam enim hęc suum in locum restituta est, reliquos declinantes in scutum, procedere, & suis interuallis restitui, mox reddere in arrectum. Itaque ordines primū suūque locum recipient. Sed si inflectere ad scutum velimus, præceptis vtemur contrariis, hoc est, bis inflecti in scutū: quo facto, restitutionē agemus, quod ex his quæ modo exposui apertum iam est. Deflexio agitur, cum ordinem ter partē versūs eandem cōuertimus, hoc est, aut in hastam, aut in scutum: facit porro inflexio in hastam, vt militū ora transferantur à parte primore ad posteriorem. Deflexio autem facit, vt à primore vel ad læuā deueniant, vel ad dextram: nā si ad hastam deflectitur, in læuā transfertur: si ad scutum, in dextram. Si phalangem densari cornu versūs dextrū placuerit, præcipiemus decuriam cornu dextri quiescere, reliquas autem declinari in hastam, atque in dextrā colligere, tum reddere in arrectū, & iuga posteriora colligere. Cū autē restituere libet, quiescere decuriones, reliquos immutari, & iuga relaxare posteriora. Deinde rursus mutari mox decuriā cornu dextri quiescere. Iam enim restitutū in dextro est: reliqui ad scutum declinātes suos duces sequantur, & primis interuallis receptis reddāt in arrectū. Si autem cornu versūs sinistrū densari phalangem libuerit, præceptis econtrariò vtemur. Mediam item phalangē si densari placuerit, præcipiemus dextrā duplarem phalangem  
declinare

declinare ad scutū, leuā ad hastā, tum procedere mediā versus phalāgem, mox omnes reddere in arrectū, iugāque posteriora colligere. At si phalangē primis instituere locis velimus, præcipitur immutari, & per iuga procedere, excepto primo: tū omnes rursus mutari, & dextrā duplarē phalāgem declinare in hastam, leuā autem in scutū: mox sectari suos ductores, donec ad prima deueniat interualla. Deinde reddere in arrectū. Sed quoties immutatur, si per densationem agitur, erecta teneri spicula omnia, ne impediāt, cōuenit. Iis eisdem exercitiis ac præceptis leuis quoq; armatura instituēda erudiendāque est. Sūt certe præcepta hæc Immutationū, Conuersionū, Inflexionū, Euolutionū, & Restitutionum utilia ad subitos hostiū superuētus, quos vel à latere vel à frōte intulerint. Macedonicam euolutionem Mæcedones inuenisse proditum est. Laconicam ad Lacedæmonios referunt auctores, quocirca ita nuncupari meruerūt. Philippū tamen qui Macedonum imperiū auxit, & Græcis apud Cheroneam profligatis, Græciæ imperauit, ac eius filium Alexādrū, qui breui Asiam in suā ditionem redegit, Macedonicā neglexisse euolutionē legimus, ut nisi summa vtendi necessitas cogeret, nunquā vterentur. Laconicę vsu vtrumque aduersarios deuicisse ferunt. Datur enim Macedonicæ vitio, quòd hoste repēte à tergo superueniente, non sine magna turbatione ageretur. Nam cum posteriores conuerterent sese in locum priorem, & rem haudquaquā fugæ dissimilem facerent, hostes audaciores reddebantur: & iam milites qui ita euoluissent, deterrere ac persequi poterāt. Laconica certe è cōtrario agit. Vbi enim duces vnā cum sequente milite verterunt sese obuios in hostem à tergo superuenientem, terrorem inferre nimirum possunt & turbationem. Sed assuefaciēdæ sunt copiæ, tam pedestres, quā equestres, partim voce, partim signis, quæ visu percipi valeāt, ut rem apte ac opportune, quam quisque exigat vsus, possint expedire. Nonnulla etiam tuba præcipi cōuenit. Ita enim plenius omnia ministrabuntur. Certiora sunt ea quæ voce indicantur, nisi quid sit impedimento. Sed tranquilliora, quæ signis mandētur, videlicet cum res nulla est quæ obstat atque obscuret. Vox autem percipi interdum non potest, aut propter armorum sonitum, aut propter equorum transitum & hinnitū, aut propter impedimentorum tumultū, & totius multitudinis strepitum. Signa quoque multis rationibus obliterari possunt ac euanescere, nā & crassitudine aëris, & puluere excito, & imbre, & solis splendore opposito. Ad hæc locorum inæqualitate & frequentia arborū. Adde quòd interdū fieri nō potest, ut signum ad vnūquēq; vsu præparemus, cum longe plura possint occurrere, quā quibus assuefacti sint milites. Nouis autem rebus quid nam cōsueti signi afferatur. Non tamen t̄ concidi ita potest, ut præceptum simul & vocis & signi incertum sit.

*collabi simul omnia possunt.*


#### De itineribus.

**N**unc de itineribus dicā, si ante quot modis expediri solet iter, diffiniam. Itinerum aliud arrecta inductio est, aliud deductio, aut dextra, aut leua: & aut simplici, aut duplici latere, aut triplici, aut quadruplici agminis pcedetur. Simplici, cū ex parte vna aduersariū aggressurū suspicamur: duplici, cū ex duabus: triplici, cum ex tribus: quadruplici, cum vndique. Vnde fit ut iter aut simplici



plici phalange agatur, aut duplici, aut triplici, aut quadruplici. Arrecta inductio est, cum ordo ordinem sequitur. Verbi gratia, quum vel xenagia præcedente reliquæ sequuntur xenagiæ, vel quadruplarem decuriam reliquæ ordinatim sectatur. Item quæ agitur per cornu altitudine longè productiore quàm longitudine: nec pluribus quàm duabus decuriis, hominibus denis compositis, constet ordo. Huic opponitur genus aciei quod Cœlembolum, quasi rostrum cauum nominamus: quod ita instruitur, vt duplicatæ phalangis præcedentia cornua inter se distent, sequentia iungantur, ad formam literæ v, sicut descriptio ostêdit. Quæ vt primos disiectos, ita iunctos inter se habet vltimos. Cum enim arrecta illa inductio medium aduersariorum petat, habet id cauum rostrum in promptu, vt soluta cõiunctione extremorum, impetum copiarum primarum frustretur, lateraque inuadat arrectæ inductionis inimici. Quin etiam triplex phalanx obiici huic eidem generi ita potest, vt vna alterius cornu impugnet, secunda reliquum cornu aggrediatur, media & tertia impetum maneat & conflictum.

Arrecta inductio



**D**eductio est, cum phalanx suos duces, hoc est, decuriones aut parte dextera habet deducentes, quæ dextra deductio dicitur: aut læua, quæ deductio læua nuncupatur: non item per decuriam, sed per iuga ambulans, cornu præposito & latere instructa, aut duplici, aut triplici, aut etiam quadruplici, prout hostem existimet aggressurum. Sed quasi vtraque phalangis pars suo latere conflictum ineat primum, ita describatur, vt longitudinem triplicem quam altitudinē habeat. Frons enim x, altitudo tribus cõstat hominibus. Quamobrem miles non tantum ex directo, verum etiam ex latere aggressus, conflictum tum excipere tum inferre, nimirum per exercitationem debet condiscere.


Arrecta deductio laeva.

Arrecta deductio dextra.

d d d	d d d
d d d	d d d
F d d d	d d d F
r d d d	d d d r
o d d d	d d d o
n d d d	d d d n
s d d d	d d d s
d d d	d d d
d d d	d d d
d d d	d d d

**P**halanx quæ antistomus à duplici frontis seu oris obiectu, quasi occeps vocata est, ita instruitur, vt medij tergis inter sese oppositis constant, extremi autem confligant cum aduersariis. Perutilis hæc pedestribus copiis est, cum aduersus largam hostium equestrem copiam dimicant: melius enim resistunt circumuentioni, & multiplici equitum inuasioni. Valet hoc instruendi genus potissimum contra barbaros, qui loca Istro amni vicina incolunt: quos amphippos cognominant, à mutatione equorum: ex aliis enim equis in alios transfilire consueuerunt. Equestres, quæ opponuntur copiæ, forma constantes quadrata, in ordines duos parte altera longiores, pro vsus necessitate diuisæ sunt, vt totidem membris phalangis peditum bipartitæ obiiciantur.

Amphippi




Equestris instructio.

Equestris instructio.


**P**halanx amphistomus, nomen à duplici fronte siue ore in lateribus instituto acceperat, ita vt latericeps quædam & anceps posset nominari. Similis superiori occipiti est, præterquam quòd illa suis extremis decertat, hæc suis lateribus dimicat. Cætera verò quæ de superiore exposui, huic quoque conueniunt: omnia hastis longioribus, tã hæc quàm superior illa pugnat, more Alanorum & Sauromatarum. Spectat decuriarum dimidium in partem priorem, reliqui conuersi sunt in posteriorem, ita vt dimidiati milites oppositis inter se tergis prælientur fronte duplici, altera priore, quã decuriones cõficiant: altera posteriore, quam tergiductores: cum etiã in duplarem phalangem copiæ diuidi possunt, vt frons prior altera constituatur phalãge, posterior altera constet.

Phalanx anceps.



**P**haláx duplaris antistomus, hoc est, oiceps nuncupatur, quæ suos duces non extrà per deductiones, sed intus aduersos inter se positos habeat: tergi autem ductores extra videlicet in dextram leuamq; deductionem distinctos. Forma hæc instrui solet, quoties aduersarii equites forma rostri aggrediuntur. Cùm enim rostrum exeat in mucronem, ducesq; sequentes de latere habeat, tentâtesq; frontem copiarum pedestrium rumpere, ne id eueniat duces peditum in medio stant, vt impetum aduersariorum vel impediunt, vel re infecta faciunt prætereire. Qui enim rostro instructi aggrediuntur, ea spe sunt, vt medios aciei profligant, omnesq; turbent copias. Quod cùm principes copiarum pedestrium intelligant, vtraq; ex parte sese veluti murum constituunt, & paulo inter se distantes, vergentesq; ad locum penitiorè, impetum irritum reddunt aduersariorum. Genus id instruendi equestre quod rostrum dicimus, Philippum regem Macedonum inuenisse scribitur. Præponere ille strenuos omnes solebat, vt eorum virtute miles quoque deterior contineretur, opusq; vnà cum præstantioribus prosequeretur, more spiculi aut ensis, cuius acie pro sua soliditate, suoq; acumine facile transadigente, reliquum etiam ferrum, quanquam hebes esset, non sine efficacia penetraret.

Phalanx duplaris oiceps.



**P**haláx duplaris Peristomus seu Amphistomus, id est, latericeps siue anceps illa est, cuius partes per deductionem cornu præposito obliquè procedat, & dextra habeat præfectos, & leua tergiductores intus. Cùm enim aduersa acies quadra diuidat se in duo obliqua cornua, dextrum & sinistrum, cupiens acie hostium simile circumuenire, hac de causa, qui circumuentum sibi videt imminentem,



Z in duplicem

in duplicē mobilē phalangē sese afformant, & partem sui alteram in leuū dirigūt cornu, alterā vertūt in dextrū. Vnde nomē peristomi, hoc est, latericipitis, genus id accipit. Quippe quod latere suo utroq; frontē spectantē in hostē habeat.

Phalanx duplaris latericeps




Amphistomus.




Similiceps.

**P**halanx homœostomus, à similitudine oris seu frōtis nominata, quam simi-  
 licipitem appellarim, ita fit, vt decuriam perfectam, hoc est, hominum xvi,  
 mouentem in hostem sequatur alia similis: vnde homœostomus dicta est. Nam  
 & qui sequuntur simili fronte & forma comitantur. Opponitur hæc genere aci  
 ei, quod plinthum à latere vocant: quem si pla-  
 cet, Laterculū dices. Ordinatur id genus tā for-  
 ma q̄ numero æquilaterū. Forma inq̄ cū vndi-  
 que equalibus cōstet spaciis. Numero autē cū  
 quot hominibus lōgitudō cōponatur, totidē eti-  
 am altitudo. In hoc eodē ordinis genere omni  
 ex latere armatos apponi solitū est, nullo vel fa-  
 gittario vel funditore adiuncto. Conficitur hic  
 laterculus ex duabus dimœriis: decuriæ nanque  
 dimidiū dimœriam dicimus. Cū enim decu-  
 ria sexdecim cōstare hominibus debeat, dimœ-  
 ria octo constat. Bipartita id interpretetur si pla-  
 cet, quoad melius vocabulum inuenerimus.


Phalanx similiceps



Frons.



Frons.



Laterculus.

**P**Halanax duplaris Homœostomus est, cùm partes æquali progrediētes itinere, aut in dextra deductione ambæ continent suos duces, aut in leua.

## Duplaris similiceps.

d d d	d d d
d d d	d d d
d d d	d d d
d d d	d d d
d d d	d d d
d d d	d d d
d d d	d d d

**P**Halanax Heterostomus à frontis diuersitate appellata, quam Verficipitē dixerim, ita instruitur, vt ambulans per inductionem duces ordinis præcedētis habeat (vt fit) in dextra deductione, sequētis autem in leua, ita vt ordines alternata principum locatione procedant. Nullus enim eodem latere suos continet principes, quo antecedens.

## Phalanx verficeps.


d d d d
d d d d
d d d d
d d d d
d d d d
d d d d
d d d d
d d d d
d d d d
d d d d
d d d d

**T**Urmam quæ ad speciem oui instruitur Ilion Theſſalus excogitarat, vnde ille vocata est, suosq; Theſſalos eo ipse genere instruendi exercuit. Vtile hoc est cùm singulis suis angulis habeat principes. Primum Ilarcham, hoc, turmæ præfectum: vltimum tergiductorem, vtrinque autem lateris custodes. Opponitur huic acies, quæ forma lunæ cornibus in partem ductis priorem formetur, ducesq; suis in cornibus habeat, & suis brachiis cricūuenire aduersas equitum copias tentet. Quamobrem illæ more Tarentinorum à longe iaculantur, circularem retorquentes accessum & turbantes. Tarentinos iaculatores appello, sicut inter initia operis dictum est, à Tarento Calabria oppido, cuius equites paruo quodam iaculo vti consueuerunt.

Turma ad oui speciem

Acies

Lunaris



**T**urma parte altera longior duplici altitudine constat quàm longitudine. Vtilis hæc multifariam est, quippe quæ possit decipere aduersarios quasi paucos contineat milites (quoniam non multum latitudinis occupet) & rumpere facillè pro sua densitate & impetu aciem aduersam. Apta etiam est vt sentim per locorum angustias tráseat. Opponitur ei pedestris acies quæ transuersa phalanx vocata est: porrigit enim se longius, vt etiam si interrúptatur, exigua sit quæ rumpitur altitudo, & equitum impetus non in multitudine hæreat, sed in vacuum breui efferatur. Hæc enim causa est, cur multiplicem ad suam altitudinem habeat longitudinem.

Turma parte altera longior.

y y y

y y y

y y y

y y y

y y y

y y y

y y y

y y y

y y y

Frons

dddddddddddddd


dddddddddddddd

Phalanx transuersa.

Est &

**E**st & altera turma oui similitudinem gerens, de qua nihil amplius dici potest, q̄ ita esse compositam, vt verset quidem, sed non iuget. Nam eius vsum commoditatēq; superius exposuimus. Ergo genus id inuentū ab Iellone Thessalo, mādatum pōst exercitationi ab Iasone Medeæ marito. Tutum etiam & percommodū esse, cū vndiq; custodiatur decurione, tergiductore, custodibus lateris, apertum iam est. Cōstat hæc turma ex equitibus sagittariis more Armeniorum & Parthorum. Opponitur ei acies pedestris quæ Epicampius emprosthia dicitur, id est inflexa antica, ob eam rem, quia ductis cornibus in partem priorē in sinum se circumagit, flexūmq; imitatur. Fraudem hæc in sagittarios equites ita emolitur, vt vel egressos & cominus dimicantes suo complectatur sinu, & circumueniat: vel cornibus suis perturbet illorum robur, & frangat, atq; ita medio milite alacriore possit euincere.

Turma ad oui speciem.



d d d d            d d d  
 d d d d Frons. d d d  
 d d d d            d d d  
 d d d d d d d d d d  
 d d d d d d d d d d  
 d d d d d d d d d d  
 d d d d d d d d d d

Phalanx inflexa antica.


**Q**uin etiam genus habetur phalangis, quæ Epicampius opisthia dicitur, cōtrario modo q̄ superior informata. Cū enim illa ante se flectat, hæc sua cornua in partem ducit posteriorē, itaq; vt illa antica, sic hæc postica nominetur. Vtilis ea quoq; ad fraudē est: quippe quæ parte media patēs, paucos qui præcedat ostēdat: multos autē qui ponē subsequantur habeat: vt si confi-

etum tolerarint superarintq; ,satis sit: sin minus, facile ad vtrâq; suorum partē recurrere, iungiq; maiori ordini valeant. Quę autē cōtra id gentis opponitur, incurua ob id appellata est. quoniā in portionē flectitur orbis. Studet hęc suas copias paruas esse ostēdere frōtis incuruę ratione. Quippe cū omnia quę in orbē globūmve formātur, parua suo quidem ambitu esse videātur: quanq; si explicētur, in duplū se porrigunt: quod liquidū in columnis est, quę cū in orbem se colligant, vndecunq; aspiciantur, dimidium sui tantūm patere patiuntur, reliquum penitus occultant. Est autem optimum instruendi artificiū, vt plus inferas aduersariis copiarum, quā primo aspectu ostendas.

Inflexa postica.

d d d d            d d d d  
d d d d            d d d d  
d d d d d d d d d d d d d d  
d d d d d d d d d d d d d d

Frons.



**E**questris phalāx quadrata & si forma seu figura quadra instruitur, tamē non numero quoq; aptatur quadro. Haud enim in quadratis numerū certo modo describimus. Sed licet etiā duplicem ad altitudinē reddere longitudinem videlicet pro vsu imperatoris. Persę potissimū forma hac vsi sunt, & Siculi, & Gręcorū cōplures, cū & facile esse instructū animaduernerēt, et vsum cōmodiorē. Opponit ei phalanx pedestris quod rostrū vocamus, ita instructa, vt latera omnia armatis cōposita habeat. Translata hęc forma ab equestribus rostris est. Verū in ordine equestri vnus in frōte primore satis sit. At in pedestri non vnus occurioni hostiū sufficit, sed tres ppugnent necesse est. Sic Epaminōdas Thebanus impator cū apud Leuctra aduersus Lacedęmonios decertaret, cōstipatis in rostrū copiis, ingētē exercitū pfligauit. Effic genus instruēdi hoc solet, quoties duplaris antistomus, hoc est, anceps illa sua cōrnua priora cōiūgit, posteriora seiūgit, ad formā literę v deorsum inuerse A.



Phalanx quadrata equestris.

y y y y y y y y  
y y y y y y y y  
y y y y y y y y  
y y y y y y y y

Frons.


Fro y ns.

y y y  
y y y y y  
y y y y y y y  
y y y y y y y y  
y y y y y y y y y  
y y y y y y y y y y

Rostrum pedestre

Phalanx implexa.

Genus quod Pleſiũ par  
te altera lógius appel  
lamus, multiplici longitu  
dine q̄ altitudine cõstare,  
& omni ex latere armatis  
componisagittariis ac fun  
ditoribus cõstitutis in me  
dio, solitum est. Qui cõtra  
eiusmodi formam præliã  
tur, genus phalãgis quam  
implexã vocamus obiici  
unt, vt suã formã inæqua  
litate prouocent Pleſiũ ad  
uersum impetũ facere in  
eos qui prominēt, atq; ita  
resoluant densã Plæſii in  
structionem. Et quidẽ de  
curiones implexã phalan  
gis duces aduersos obser  
uant, vt si densa acie illi a  
gant, ipsi quoq; densa ex  
cipiant. Sin illi resoluãtur,  
ipsi etiam diuisi occurrãt.



Frons.


fr o n s  
p p p p p p p p  
o o o o o o o o  
p p p p p p p p

Frons.

Plasium.


**P**halangis circumuentio est, cum cornu vtrumque superat aduersarios, hoc est, excedit, & quasi complectitur.

Circumuentio phalangis.



**A**lterius cornu circumuentio est, cum altero cornu hostem superamus. Unde fit, vt qui sua phalange superat, idem etiam cornu superet aduersarium: qui autem cornu superat non propterea idem phalange superet. Fieri enim potest vt etiam paucioribus copiis hostem superes tuo cornu & complectaris.

Circumuentio alterius cornu.



**E**xtenuatio est cum altitudo phalangis contrahitur, vt cxxxvi quibus constat hominibus redigatur in pauciores.

**I**mpedimenta haberi in primis necessarium est, & ducem iis constituere probum conuenit. Modis quinque possunt duci impedimenta. Aut enim praecedent copias omnes, aut sequentur, aut in alterutro latere constituentur, aut in medio copiarum claudentur. Ponentur ante phalangem, si hostilem agrum ingrederis. Post phalangem, si latera metuis. Intra phalangem, si planum agmen placuerit ducere.

**P**ostremo praecipua repetemus colligemusq; omnia acierum instruendarum, si prius admonuerimus breuiter quicquid praecipui vsus exigat, id & breue esse & omni ambiguitate carere oportere. non enim solum celeritate est opus verum & claritate vocabuli, ne alii hoc, alii illud, & plerumque contrarium faciant. Verbi gratia si dixeris, declina: verbo hoc audito possunt alii declinare in hastam, alii inscutum, quae res non parum inferret perturbationis. Cum itaque generis ac totius loco habeatur vocabulum illud, declina, adiungere debemus ad hastam, aut ad scutum, prout res exigit: & quidem ante, vt pars toti anteponatur hoc modo, Ad hastam declina: ita enim omnes idem sine errore facient. Item immuta aut euolue, generis praefert communitatem: quam ob rem partem siue speciem praeponeamus, vt in hastam immutare. Sic itaque praecipiemus, Laconicam euolue, Macedonicam euolue, Choreum euolue. Nam si euolue Laconicam dixeris

aut

aut euolue Macedonicam, eueniet vt diuersæ euoluēdi agantur species. Hac igitur ratione cauendū est, ne quid ambiguè, ne quid obscurè incerteq; præcipiatur: & vt species suis anteponatur generibus, seruandū omnino est. Iuuat porro ad eam rem plurimum silentium militum. Quocirca silendum in primis attendendūq; impabis: quod Homerus quoq; poëta præclarè illis carminibus notat,

Sic argiua phalanx in prælia densa moueri

Assidue pariterq; suos dux quisque regebat

Imperitans: alii mox festinare silentes.

Dixeris haud tantas gentes sub pectore vocem

Condere, conspecti metuentes principis ora.

Barbarorum contra tumultum & turbam pecori ita comparat.

Ac veluti innumeræ domini locupletis in aula

Ad mulctram coguntur oues, balatibus illæ

Percussæ charæ sobolis, voce omnia replent,

Sic Troum audiri per campos vndique clamor.

Et alibi eadem de re ita refert,

Tum Phryges ingenti strepitu & clamore feruntur,

More gruum passis liquido super aëre pennis.

Quæ postquam gelidas hyemes hymbremq; niualem

Fugere, Oceani repetunt clangoribus vndas.

Alit animos taciti spirantes ire Pelasgi,

Alter in auxilium alterius properare parati.

**A** Ge ad arma, adfiste ad arma, impedimenta à phalange secedant. Miles attendat præceptis, suscipe, recipe, dista, erige spiculū, versa iuga, respice præcedentem, tuam decuriam dirigat tergiductor. Constituta interualla conferua, ad hastam declina, collige, ita consiste, in arrectum redde, ad scutum declina, collige, ita consiste. Ad hastam immutare, collige.

Ita consiste. Altitudinem duplica, restitue. Laconicam euolue,

restitu. Macedonicam euolue, restitu. Choreum

euolue, restitu: ad hastam cōuerte, restitu ad

hastā: inflecte, restitu. Hæc de aciebus instruendis habui quæ breuiter ad te scri-

berem, Imperator, tibi victoriam,

hostibus profligationem

allatura.

Vale.

Finis Aeliani.

# MODESTI LIBELLVS

DE VOCABVLIS REI MILITA-

ris, ad Tacitum Augustum.



Es militaris in tres diuiditur partes, eqtes, pedites, classes. Equitum alas dicunt, eo quòd ad similitudinem alarum ab vtraque parte protegant acies, quæ vexillationes vocantur, à velo quia velis, hoc est, flammulis vtantur. Est & aliud genus equitum qui legionarii vocantur, propterea quòd cõnexi sint legioni. Verùm ipsi pedites in duas diuisi sunt partes, hoc est, in legiones, & in auxilia. Auxilia à sociis vel fœderatis gentibus mittebantur. Legio autem ab eligendo appellata est, quod vocabulum, eorũ desiderat fidem atq; diligẽtiam, qui milites pbat. Producẽdi verò tyrones sunt semp ad cãpum, & secundũ matriculæ ordinẽ in aciẽ dirigẽdi, ita vt primo simplex & extẽsa sit acies, ne quos sinus, ne quas habeat curuationes, sed equali legitimoq; spacio miles distet à milite: & præcipiendũ, vt subito duplicent aciem, ita vt in ipso impetu is ad quem respõdere solet, ordo seruetur. Tertio præcipiendum, vt quadratam aciem repẽte cõstituant, quo facto in Tyronium quem cuneum vocant, acies ipsa vertenda est: quæ ordinatio plurimum prodesse consuevit in bello. Auxiliares cum ducuntur ad præliũ, ex diuersis locis & ex diuersis moribus veniẽtes, nec disciplina inter se, nec notitia, nec affectione consentiunt: & alia instituta, & alius inter eos est vsus armorũ. Necessè est autẽ tardè ad victoriã peruenire, qui discrepãt anteq; dimicent. Legionibus semper auxilia tãquàm leuis armatura in acie iungebantur, vt in iis præliandi magis adminiculũ esset quàm principale subsidiũ. In omnibus autoribus inuenitur singulos cõsules aduersum hostes copiosissimos non amplius quàm binas duxisse legiones, additis auxiliis sociorũ: tanta in illis erat exercitatio, tanta fiducia, vbi cuius bello duæ legiones crederẽtur sufficere posse. Sciendũ est enim, in vna legione decẽ cohortes esse debere: sed prima cohors reliquas & numero militũ & dignitate præcedit: nam genere atq; institutione literarum viros electissimos quærit. Hæc enim suscipit aquilam, quæ præcipuum signũ in Romano est semper exercitu, & totius legionis insigne. Imagines Imperatorum, has enim imagines tãquàm diuina & præsetia signa singuli venerantur. Habet pedites mille cv. Equites loricos cxxxii: & appellatur cohors miliaria: hæc caput est legionis. Ab hac enim cũ pugnandũ est, prima acies incipit ordinari. Secũda cohors habet pedites dlx. eqtes lxvi. & appellatur cohors quingentaria. Tertia cohors similiter habet pedites dlx. eqtes lxvi. sed in hac cohorte tertia validiores & pbat milites, qui in media acie consistãt. Cohors quarta, habet pedites dlv, equites lxvi. Cohors quinta habet pedites dlv, eqtes lxvi. Sed qnta cohors strenuos desiderat milites: quia sicut prima in dextro, ita quita in sinistro ponitur cornu. Hæc quinque cohortes in prima acie ordinantur. Sexta cohors habet pedites dlv, equites lxvi. In prima quoq; enucleati ascribẽdi sũt iuniores: quia in secũda acie post aquilã & imagines cohors sexta cõsistit. Cohors septima habet pedites

tes dlv equites lxvi. Cohors octaua habet pedites dlv, eqtes lxvi: sed & ipsa animosos desiderat viros: quia in secūda acie cōsistit in medio. Cohors nona habet pedites dlv, equites lxvi. Cohors decima habet pedites dlv, equites lxvi & ipsa bonos cōsuevit accipere bellatores: quia sicut in secūda acie sexta dextrū, ita decima sinistrū possidet cornu. Iis decē cohortibus legio plena fūdat, quę habet pedites vi mil. cv: equites dccxxvi. Minor itaq; numerus armatorū in vnaqua; legione esse debet. Maior autē cōsuevit esse: & non tantū vnā cohortem, sed etiā alias miliarias, si fuerit iussa, suscipe. Tribunus maior per epistolā sacrā Imperatoris iudicio destinā. Minor tribunus puenit ex labore. Tribunus autē vocatur ex tribu, quia p̄est militibus quos ex tribu primus Romulus legit. Ordinarii dicūtur, qui in p̄lio primos ordines ducūt. Aquiliferi qui aquilā portāt. Imaginarii, qui Imp̄atoris imagines ferūt. Optiones ab optādo appellari, q̄p̄ antecedētibus ægritudine p̄peditis, hi tanq̄ adoptati, cū eorū vicario solēt vniuersa curare. Signiferi, qui signa portāt, quos nunc draconarios vocāt. Tesserarii, qui tesseras per cōtubernia militū nūciant. Tessera autē dicitur p̄ceptū ducis, quo vel ad aliquod opus, vel ad bellū mouetur exercitus. Torquarii duplares, torquarii simplares, quibus torquis aureus solius virtutis p̄miū fuit. quē qui meruisset, p̄ter laudē interdū duplā cōsequēbatur annonā. Itē primus hastatus duas cēturias, id est, cc homines ducebat in acie secūda, quē nunc ducentariū vocāt. princeps autē primę cohortis cēturiā semis, hoc est, cl homines gubernat. Sic decē cēturionibus regebatur, quibus magnæ vtilitatis gratiā magnus honor à veteribus est cōstitutus, vt ceteri milites ex tota legione omni labore ac deuotione cōtenderent ad tāta p̄mia puenire. Erāt etiā cēturiones qui singulas cēturias curabāt, qui nunc cētenariū nominātur. Erāt decani x militibus p̄positi, qui nunc caput cōtubernii vocātur. Secūda cohors habet cēturiones v. Similiter tertia & quarta, vsq; ad decimā cohortē. In tota autē legione erāt cēturiones lxvi. Sed legati Imp. ex cōsularibus ad exercitus mittebātur, quibus legiones & auxilia vniuersa obtēperabāt in ordinatione pacis, vel necessitate bellorū, in quorū locū illustres viros cōstat magistros militū substitutos, à quibus non tantū binę legiones, sed etiā plures numero gubernātur. Proprius autē iudex erat p̄fectus legionis, habēs comitiuā primi ordinis dignitatē, qui absente legato tāq̄ vicarius ipsius potestatē maximā retinebat: tribuni vel cēturiones, ceteriq; milites eius p̄cepta seruabāt vigiliarū siue p̄fectionis. Tesseras ab eodē petebāt. Si miles crimē aliquod admisisset, autoritate p̄fecti legionis à tribuno deputabāt ad p̄nā. Arma omniū militū, itē equi, vestes, & annona ad curā ipsius p̄tinebāt. Disciplina, seueritas, exercitus non solū peditū sed etiā equitū legionariorū p̄cepto eius quotidie curabatur. Primum signū totius legionis est aquila, quā aquilifer portat. Dracones etiā p̄ singulas cohortes à Draconariis ferūtur ad p̄liū. Sed antiq̄ qui sciebāt in acie cōmisso bello celeriter ordines aciesq; turbari atq; cōfundi, & ne hoc posset accidere, cohortes in cēturias diuiserūt, et singulis cēturiis singula vexilla cōstituerūt: ita vt ex qua cohorte vel quota esset cēturia, in illo vexillo literis esset ascriptū: qđ intuētes vel legētes

† Professio-  
nis

militēs

milites, in quemuis tumultū à contubernibus suis oberrare non possēt. Centuriones insuper qui nunc centurii vocantur, nimirū bellicosas loricas transversis cassidū cristis, vt à suis faciliùs noscerentur, habebant: quiq; singulas gubernare iusserūt cateruas, vt nullus existeret error: cū cūcti milites sequerentur, non solūm vexillum suū, sed etiam centurionem, qui signum habebat in galea. Rursus ipsæ centuriæ in contubernia diuisæ sunt, vt decē militibus sub vno papilione degētibus vnus quasi præesset decanus, qui caput contubernii nominatur. Contuberniū autē manipulus vocabatur, ab eo q̄ cōiunctis manibus pariter dimicabant. Quemadmodū inter pedites cēturia vel manipulus appellatur, ita inter equites turma dicitur: & habet vna turma equites xxxii. Huic qui præest, decurio nominatur. Pedites qui decē decadibus cēturię præerāt, ab vno cēturione sub vno vexillo gubernātur. Similiter xxxii equites ab vno decurione sub vno vexillo regūtur. Prætereà cēturio eligēdus est, qui sit magnis viribus & p̄cerā statura, q̄ hastas vel missilia peritè iaculetur, & fortiter. Similiter eligēdus est decurio, qui turmę equitum præponitur, in primis habili corpore, vt loricatedus & armis circūdatus omnibus, cum summa admiratione equū possit ascēdere, equitare fortissimè, cōto sciēter vti, sagittas doctissimè mittere, turmales suos, id est, sub cura sua equites positos erudire ad oīa quæ equestris pugna deposcit. Nunc qualiter instruēda sit acies si pugna immineat, declaratur vnus legionis exēplo: q̄ si vsus exegerit, trāsferri possit ad plures. Equites locātur in cornibus. Acies peditū à prima cohorte incipit ordinari in cornu dextro, huic cohors secūda coniungitur. Tertia cohors in media acie collocatur, huic annectitur quarta. Quinta verò cohors sinistrum suscipit cornu, sed ante signa, & circa signa, necnon etiā in prima acie dimicantes principes vocabātur, hoc est ordinarii, ceteriq; principales. Hæc erat grauis armatura, quæ habebat cassides cataphractas, ocreas in cruribus, scuta, gladios maiores, quos spathas vocāt, & alios minores, quos semispathas nomināt, plūbatas quinas positas in scutis, quas primo impetu iaciūt. Itē bina missilia, vnū maius, ferro triāgulo vnciarū nouē, hastile pedū quinq; semis, quod pilū vocabāt, nūc spiculū dicitur, ad cuius iactū exercebātur præcipuè milites, quod arte & virtute directū, & scutatos pedites & loricatedos equites sepe trāsuerberat: aliud minus, ferro vnciarū quinq;, hastili triū pedum semis, quod tunc verriculū, nunc verutrū dicitur: prima acies principū, secūda hastatorū armis talibus dicitur instructa. Sed in secūda acie dextro cornu cohors sexta ponebatur, cui iūgebatur septima. Octaua cohors mediā aciē tenebat, nona comitāte. Decima cohors in secūda acie semp obtinet cornu. Instructiōis verò lex est, vt in primo ordine exercitati & veteres milites collocentur, quos antea principes vocabāt. In secūdo ordine circūdati cataphractis, & optimi milites cū spiculis vel laceis ordinētur, quos phastatos vocabāt. Inter ordinē à tergo vallatū sex pedes distare voluerūt, vt haberēt pugnātes spaciū accedēdi atq; recedēdi: vehemētius enim cum saltu cursūq; tela mittuntur. In his duobus ordinibus ætate maturi & vsu cōfidentes, & muniti grauioribus armis collocantur. Hi enim ad vicem muri nec cedere nec sequi aliū debent, ne turbetur

ordines, sed aduersarios vehemētes excipere, & stādo pugnādoq; repellere vel fugare. Tertius ordo disponitur de armatis velocissimis, de sagittariis iuuenibus, de bonis iaculatoribus, quos antea ferentarios nominabant. Quartus autē ordo cōstituitur de scutatis expeditissimis: de sagittariis iunioribus, de his qui alacriter se agunt verutis vel martiobarbulis, quas plūbatas nomināt, qui dicebantur leuis armaturæ. Sciendum est ergo stantibus primis ordinibus, tertium, & quartum ordinē ad prouocādum cum missilibus & sagittis primo loco semper exire: qui si hostes in fugam vertere poterunt, ipsi cum equitibus persequuntur: si verò ab hostibus pulsi fuerint, redeunt ad primam & secundam aciē, & inter ipsas recipiunt se ad loca sua. Prima autem & secunda acies cum ad machæras, id est, spatas & pila (vt dicitur) ventum fuerit, totum sustinēt bellum. In quinta acie ponebantur balistarii, funditores, tragularii, fustibulatores qui fustibalis lapides iaciunt. Fustibalus est longus pedes quatuor, cui per medium ligatur funda de corio, & vtraque manu impulsus, propè ad instar onagri dirigit saxa. Sextus ordo post omnes à firmissimis & scutatis & omni genere armorū munitis bellatores tenebat, quos antiqui Triarios appellabāt. Hi vt requieti & integri acrius inuaderent hostes, post vltimas acies sedere consueuerant. Sed si quid in primis ordinibus accidisset, de eorum viribus reparationis spes tota pēdebat. Omnes autem signarii, quàmuis pedites sint, loricas minores accipiebāt, & galeas ad terrorem hostium vrsinis pellibus tectas. Centuriones verò habebant cataphractas, & scuta, & galleas ferreas, transuersis & argentatis cristis, vt facilius agnoscerentur à suis. Illud autem sciēdum est & modis omnibus retinendū, quòd cōmisso bello, prima ac secūda acies stabat immota. Triarii quoq; residebant. Ferentarii autem armatura leuis, & sagittarii, & funditores aduersarios prouocabant, ante aciem procedentes, si hostes fugare poterāt, sequebantur: sed si eorum virtute ac multitudine premebantur, reuertebātur ad suos, & post eos stabant. Excipiebat autē præliū grauis armatura, & tanquàm murus (vt ita dicam) ferreus stabat, & non solū missilibus, sed etiam gladiis cominus dimicabant. Et si hostes fugassent, non sequebatur grauis armatura, ne aciem suam ordinationemq; turbaret, & dispersos recurrētes hostes incompositos opprimeret, sed leuis armatura cum funditoribus, sagittariis, & eqtibus fugiētes sequebatur inimicos. Hac dispositione ac cautela sine periculo legio vincebat, aut superata seruabatur incolumis, quia legionis vis est facile nec fugere, nec sequi: sed ne milites aliquādo in tumultu prælii à suis cōtubernalibus aberrarent, diuersis cohortibus diuersa in scutis signa pingebant. Præterea in aduerso vniuscuiusq; militis erat nomē literis ascriptū, addito ex qua essent cohorte, quāve centuria. Ex his autē apparet legionē bene institutā quasi inuictissimā esse ciuitatē, quæ omnia prælio necessaria secū vbiq; portaret: nec metueret repentinū hostiū supuētum, quæ etiā in mediis cāpis subitò fossa valloq; muniretur. Habet præterea legio tubicines, cornicines, buccinatores. Tubicines ad præliū vocāt milites, & rursus receptui canūt. Cornicines quoties canūt, nō milites sed signa ad eorum obtēperant nutū. Ergo quoties ad aliquod opus exituri sunt soli milites, tubicines canunt: quoties mouēda sunt signa, cornicines canūt. Classiarii autē appellantur buccinatores qui cornu ducunt exercitum: hoc insigne videtur imperii, quia

quia classicum canit imperatore praesente, vel cum in militem capitaliter animadvertitur. Hoc enim ex imperialibus legibus fieri necesse est. Siue ergo ad vigilias vel angarias faciendas, siue ad opus aliquod, vel ad cursionem campi exeunt milites, tubicine vocante operantur. Rursus, tubicine admonente cessant. Cum autem mouentur signa, aut iam mota figenda sunt, cornicines canunt. Quod ideo in omnibus exercitiis & processibus custoditur, ut in ipsa pugna facilius obtemperent milites, siue eos pugnare, siue stare, siue sequi, vel redire praecipiant duces. Siquidem ratio manifesta est, semper in acie debere fieri, quod necessario faciendum videtur in praelio. De singulis centuriis quaterni equites & quaterni pedites excubium nocte faciunt. Et quia impossibile videbatur in speculis vigilantes singulos permanere, ideo in quatuor partes ad delidem sunt diuisae vigiliae, ut non amplius quam tribus horis nocturnis necessarium sit vigilare. A tubicine omnes vigiliae committuntur, & finitis horis a cornicine reuocantur. Constructa acie peditum, equites ponuntur in cornibus, ita ut loricati omnes & contenti iuncti sint peditibus: Sagittarii autem, vel qui loricas non habent, longius euegentur: a fortioribus namque equitibus peditum protegenda sunt latera, & a velocioribus atque expeditis hostium cornua semper fundenda atque turbanda. Scire debet dux contra cuneos, hoc est globos hostium, quot equites oporteat poni. Nam nescio qua occulta ratione imo penes diuina, alii contra alios dimicant melius: & qui fortiores vicerant, ab inferioribus saepe vincuntur. Quod si equites impares fuerint, more veterum, velocissimi cum scutis leuibus pedites ad hoc ipsum exercitati, iisdem miscendi sunt, quos expeditos quasi volitantes, velites nominabant. Quo facto, quamuis fortissimi equites hostium euenerint, tamen aduersus mixtum agmen pares esse non possunt. Vnum hoc remedium omnes duces veteres inuenerunt, ut assuefacerent iuuenes currentes egregie, & inter binos equites, singulos ex his pedites collocarent cum leuioribus scutis, gladiis, atque missilibus. Elephanti in praелиis magnitudine corporum, barritus horrore, formae ipsius nouitate, homines equosque conturbant. Hos contra Romanum exercitum primus in Lucania rex Pyrrhus eduxit. Postea Hannibal in Africa, rex Antiochus in Oriente, Iugurtha in Numidia, copiosos habuerunt, aduersus quos diuersa excogitarunt genera armorum. Nam Centurio in Lucania gladio manum, quam promuscidem vocant, vni abscidit: & bini cataphracti equi iungebantur ad currum, quibus insidentes clibanarii, sarissas, hoc est, longissimos contos, in elephantos dirigebant.

Alii contra elephantos, cataphractos milites immiserunt, ita ut in brachiis eorum, vel in cassidibus, vel humeris, aculei ingentes ponerentur ex ferro, ne elephas bellatorem contra se venientem posset apprehendere. Praecipue tamen antiqui velites aduersus elephantes ordinauerunt. Velites autem erant iuuenes leui armatura, corpore alacri, qui ex equis optime missilia dirigebant: hi equis praecurrentibus, ad latiores lanceas, vel maiora spicula beluas occidebant. Sed crescente audacia, postea collecti plures milites, pariter pila, id est, missilia in elephantes congeriebant, eosque vulneribus elidebant. Illud additum est, ut funditores cum fustibalis & fundis, rotundis lapidibus destinatis, in illos per quos regebantur elephantes, cum



tes, cum ipsis turribus affligerent atq; mactarent, quo nihil tutius inuenitur, postea venientibus beluis, quasi irrupissent aciem, spaciū milites dabant: quæ cum in agmen medium peruenissent, circumfulis vndiq; armatorum globis, à magistris militum absq; vulneribus capiebantur illæsi. Sed optima ratio est, & ad victoriam plurimū confert, vt lectissimos de peditibus equitibusq; cum vicariis comitibus, tribunisq; vacatibus habeat dux post aciem in subsidiis preparamos, alios circa cornua, alios circa mediū: vt sicubi hostis vehementer insistit, ne rumpatur acies, prouolent subito, & suppleant loca, additaq; virtute, inimicorum audaciam frangant. Huius cautelā primi Lacones inuenerunt, imitati Chartaginienses. Alteram post hæc ubiq; seruarunt: hac dispositione nulla melior inuenitur. Nam directa acies hoc solū agere debet, petere vt hostem repellat, aut fūdat. Si cuneus sit agendus, aut forfex, superfluos habere debet, de quibus cuneum forficemq; faciens ducenda sit. Gnauiter ex abundantibus ducitur. Nam si de loco suo ordinatum militem transferre cœperis, vniuersa turbabis. Quod si bellatorum copia tibi non abūdat, melius est habere aciem breuiorem, dūmodo in subsidiis colloces plurimos. Cū explorator hostium latenter oberrat in castris, omnes ad tentorium suum per diem redire iubeantur: statim deprehēditur explorator. Cū consilium tuum cognoueris aduersariis proditum, dispositionem mutare te conuenit. Rarò enim manet absconditum, quod ad notitiam multitudinis iam peruenit. Fieri quid debeat tractato cum multis: quid verò factururus sis, cum paucissimis ac fidelissimis, vel potius ipse tecū. Hæc Martii operis præcepta per diuersos autorum libros dispersa, Imperator inuicte, mediocritatem meam abbreviare iussisti, ne vel fastidiū nasceretur ex plurimis, vel plenitudo fidei deesset in paruis. Neq; enī degenerauit in hominibus Martius calor, nec defecte sūt terræ, quæ Lacedæmones, quæ Athenienses, quæ Marfos quæ Samnites, quæ Pelignos, quæ ipsos progenuere Romanos. Nonne Epiri armis plurimum aliquando valuerunt? Nonne Macedones ac Thessali superatis Persis, vsq; ad Indiam bellando penetrarunt? Dacos autem & Mysos & Traces inter bellicosos semper fuisse manifestum est, vt ipsum Martem fabulæ apud eos natum esse confirmet. Longum est si vniuersarum prouinciarum vires enume-<sup>Martis</sup> rare contendam, cū omnes in Romani imperii ditione consistant. Sed longa <sup>patria.</sup> securitas pacis homines partim ad delectationem ocii, partim ad ciuilia traduxit officia: ita cura exercitii militaris primò negligētius agi, postea dissimulari, ad postremum olim in obliuionem perducta cognoscitur.

FINIS.



Faint, illegible text in the upper section of the page, likely bleed-through from the reverse side.



Faint, illegible text in the lower section of the page, likely bleed-through from the reverse side.